

DICCIONARIO  
GRIEGO-ESPAÑOL




II d.C.

**Heraclides Milesius** grammaticus (Heracl.Mil.)  
Cohn, L., «Commentatio philologica», *BS* 1, 1884, pp. 1-36.

Cohn 1884.pdf

---





2

# DE HERACLIDE MILESI GRAMMATICO

COMMENTATIO PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

AD

VENIAM DOCENDI

RITE IMPETRANDAM

DIE XX M. MARTII A. MDCCCLXXXIII HORA XI

IN

AULA MINORE

PUBLICE DEFENDET

**LEOPOLDUS COHN**

ZEMPELBURGENSIS

ADVERSARII ERUNT:

GEORGIUS WISSOWA, DR. PHIL. LITTERAS ANTIQUAS IN  
UNIVERSITATE VRATISLAVIENSI PRIVATIM DOCENS.

IULIUS BRZOSKA, DR. PHIL.

---

BEROLINI 1884.

F10.775

MARTINO HERTZ

AUGUSTO REIFFERSCHEID

SACRUM

BERLINER BUCHDRUCKEREI-ACTION-GESELLSCHAFT, GETZERINKE-SCHULE DES LETTE-VEREINS (CARL JANKE).



## Praefatio.

---

Cum primum ad Eustathii autores indagandos eorumque reliquias eruendas accessi, animum in primis advertit Heraclides grammaticus frequenter ab Eustathio laudatus: quem cum fragmenta perlustrassem dignum esse mox mihi persuasi, cuius memoria paene obliterata resuscitaretur. susceperebat id quidem ante hos triginta annos Fridericus Osann, qui in Quaestionum Homericarum partculis III et IV (Giss. 1853. 1854) de Heraclide scripsit eiusque fragmenta edidit vel potius abscondidit, sed ille coniecturis de persona et scriptis Heraclidae falsissimis prolatis rem non tam illustravit quam confudit, in edendis autem reliquiis summa usus est neglegentia. satis enim habuit fragmenta ex Eustathio (ubi non pauca praeterit) ceterisque fontibus nuda descriptsse: ad emendanda illa aut explicanda nihil contulit, rationem ne Ahrensii quidem habuit, qui fere omnia fragmenta Heraclidae ad dialectologiam pertinentia in libro quem scripsit de dialectis Graecis maxima ut solebat sollertia adhibuerat. quae cum ita essent, rem ab Osanno susceptam denuo tractare constitui, fragmenta Heraclidae colligere coepi, collecta disposui atque emendare et explicare studui comparandis praecipue cum aliorum grammaticorum tum maxime eius reliquiis, cuius fama apud sequiores et auctoritas obscuravit quaecunque superiores in arte grammatica praestiterant, Herodiani. ipsi fragmentorum collectioni non nulla praemittenda sunt de Heraclidae vita scriptisque et doctrina. quam praefationem pancis me absolvere posse video, quia pars eorum quae hic disserenda erant nunc ipsum mihi praeoccupata est. libello enim

meo paene absoluto in manus pervenit commentatio Guilelmi Frye „de Heraclidae Milesii studiis Homericis“ (Stud. Lips. VI [1883] p. 93 seqq.), quem prima parte de nomine vita scriptis Heraclidae disserentem in plerisque rebus mecum congruere gaudeo. itaque ea quae recte ille et accuratius tractavit brevissime expedire mihi licuit atque ea tantum attigi quae ad fragmenta intellegenda recteque iudicanda necessaria duxi.

---

In rebus grammaticis Eustathius praeter Herodianum et Georgium Choeroboscum, quorum libros quos habuit et excerpta paene exhausit, centies fere Heraclidem laudat addito passim cognomine Alexandrini. quis ille fuerit quoque tempore vixerit, plerique virorum doctorum se nescire fatebantur.<sup>1)</sup> qui sententias pronuntiare ausi sunt, in varios errores inciderunt. quos a veri cognitione prohibuit primum quod de Heraclide Pontico minore cogitabant deinde quod scriptorem opusculi περὶ ἑταμολογῶν ab Orione Thebanō adhibiti eundem esse arbitrabantur. neutram opinionem habere quo commendetur unicuique rem accurate consideranti apparebit. nam Heraclidem Ponticum minorem Didymi discipulum scripta grammatica composuisse, qualia Herodianus ceterique technici scripserunt, nusquam traditur. et Diogenes Laertius et Suidas scripta eius poetica tantum commemorant, de grammaticis nihil.<sup>2)</sup> fragmenta autem ex Heraclidae Pontici eiusdam libello περὶ ἑταμολογῶν ab Orione servata si quis cum Heraclidae Alexandrini fragmentis ab Eustathio traditis comparaverit, non eundem esse Orionis et Eustathii auctorem facile concedet. itaque Osann sententiam protulit e veris falsisque mixtam, cum recte quidem Eustathii auctorem Heraclidem Ponticum esse

<sup>1)</sup> cf. Fabric. B. G. I 513. Roulez de vita et scriptis Heracl. Pont. p. 111. Deswert de Heraclide Pont. p. 179. Sengebusch Hom. diss. I 82. Meister Dial. I 27.

<sup>2)</sup> Diog. La. V 93 . . . πυρρίχας καὶ φλεγαρίας συντεταγμένος. Suid. s. v. Ἡρακλείδης Ποντικός . . . ἔγραψε μέτρῳ Σαπφικῷ ἡτοι Φαλαικῷ βίβλῳ γ' δυσερμήνευτα καὶ πολλήν τὴν ἀπορίαν ἔχοντα προβαλλομένων Σητημέτων, οἵτινα λέσχας ἐκάλεσεν . . . ἔγραψε δὲ καὶ ποιήματα ἐπικὰ πολλά.

negaret, sed illi temere libellum περὶ ἐτυμολογῶν tribueret<sup>1)</sup>), cuius scriptorem Heraclidem Ponticum fuisse disertis Orionis Etymologi testimonis constat (cf. Et. Or. 19, 16. 49, 23. 118, 28. 119, 1. 186, 9): quibus nihil est cur fidem denegemus.<sup>2)</sup>

In fragmentis ab Eustathio ex Heraclide servatis partim agitur de vocabulorum prosodia partim de formatione et declinatione verborum. fuit igitur Heraclides τεχνικός et eadem argumenta in libris suis tractavit quae Herodianus. iam ab Herodiano (Il. Pros. Θ 178) Ἡρακλείδης ὁ Μιλήσιος laudatur de accentu et significatione vocis ἀβληχρός. ab Apollonio Dyscolo, qui ter laudat Heraclidem semel adiecto libri indice ἐν τῷ περὶ καθολικῆς προσφύταις, eundem intellegi veri simillimum est. qua re idem fuit etiam is quem Ammonius tribus locis citat, quoniam semel adiungit ἐν πρώτῃ περὶ καθολικῆς προσφύταις. ex argumentorum similitudine, quae in horum scriptorum locis et in Eustathii excerptis appareat, iure concludendum videtur eundem esse quem Apollonius Herodianus Ammonius laudant eundem quem Eustathius adhibuit. atque cum omnia fragmenta quae Eustathius Heraclidae nomine exhibit ab uno eodemque grammatico profecta esse manifestum sit, sequitur ut idem Heraclides librum scripserit περὶ δυσχλίτων δρμάτων semel ab Orione Thebano semel ab Eustathio laudatum. itaque Heraclides Milesius fuit, cui fragmenta illa grammatica Eustathius debuit.<sup>3)</sup>

<sup>1)</sup> Osannum secutus est Nicolai G. L. G. II 340. conjecturam de libello περὶ ἐτυμολογῶν improbavit M. Schmidt (Diar. Antiq. 1855 p. 266). La Roche (Textkritik p. 80) ne intellexit quidem Osanni sententiam.

<sup>2)</sup> pro scriptore illius opusculi περὶ ἐτυμολογῶν vulgo Heraclides Ponticus minor habetur. equidem veri similius existimo a Pontico maiore esse conscriptum; nam etymologiae et scriptorem antiquorem et philosophum (non grammaticum) produnt.

<sup>3)</sup> ex superioribus philologis unus veram vidit Jonsius (de script. hist. phil. p. 173), qui primus intellexit Heraclidem Milesium eundem esse quem περὶ καθολικῆς προσφύταις scripsisse auctores sunt Apollonius et Ammonius. idem coniecit Heraclidem Alexandrinum Eustathii auctorem esse eum qui ab Ammonio s. v. σταφύλη vocetur Ἡρακλείδης ὁ ἡμέτερος: ac de hoc disserens dubitanter addit: „nisi forte idem est ac Milesius“. — recentiores de Heraclidae persona fere omnes erra-

quod ab Eustathio non nunquam Alexandrinus vocatur quem Herodianus Milesium nuncupavit, id sic explicandum videtur, ut Heraclides Miletii natus post Alexandriae vixerit: ut Zenodotus Crateteus ab aliis Mallota ab aliis Alexandrinus dictus est (Wolf Proleg. p. 199).<sup>1)</sup>

De tempore quo vixerit Heraclides Milesius in universum recte indicavit Osann. si quidem ab Herodiano et Apollonio citatur, ultra Hadriani Caesaris tempora illius aetatem removeri non posse conscientiam est. iam ut tempus accuratius definiatur, vindendum est quos ipse auctores laudaverit. in fragmentis citantur Dionysius Sidonius (frg. 45) Dionysii Thracis et Ammonii Aristarcheorum fere aequalis. Tyrannio maior (frg. 39) Dionysii Thracis discipulus, denique Aristonicus (frg. 32), quem Augusti Tiberiique aetate vixisse constat. itaque aetas Heraclidae ita circumscribenda videtur, ut inter Aristonici et Apollonii Dyscoli tempora eum floruisse statuamus i. e. exeunte fere saeculo I<sup>o</sup>) et fortasse initio saeculi II p. Chr. n. quae ratiocinatio infra etiam alia ratione confirmabitur, ubi de Ammonio dicendum erit. non urgeo Characis mentionem (frg. 56). nam Eustathium eam Heraclidae debere non ita exploratum videtur, ut inde aliquid concludatur. potest ipse Eustathius laudasse Characem<sup>3)</sup>; nam huius scripta homines

---

bant. Gräfenhan (Gesch. d. class. Philol. III 65) Heraclidae Pontico minori opusculum περὶ ἑταμολογῶν et librum περὶ δυσκλίτων ῥημάτων tribuit, librum περὶ καθολικῆς προσφύδιας ne noverat quidem. H. Kleist (de Philox. stud. etym. p. 22) et J. Wackernagel (de pathol. vet. init. p. 17) Heraclidem Ponticum minorem et scriptorem libelli περὶ ἑταμολογῶν et libri περὶ δυσκλίτων ῥημάτων et Eustathii auctorem putant. idem existimavit Lenz (Herod. praef. p. CLXVII), sed alium videtur putasse Milesium (ib. p. CLXX).

<sup>1)</sup> idem quod Heraclidae accidisse videtur Oro grammatico, ut ab aliis Milesius ab aliis Alexandrinus diceretur: ita confusio illa explicanda videtur, quam Suidae auctor in Ori et Orionis vitis commisit: cf. Gräfenhan III 75. E. Hiller Ann. philol. 99, 439.

<sup>2)</sup> haud recte Baegi de Ptolem. Ascal. p. 6: „fuit Heraclides Milesius initio primi p. Chr. saeculi“.

<sup>3)</sup> cf. Eust. ad Dion. Perieg. 687. 689. ad Hom. p. 1504, 57. 1859, 44.

Byzantini (Ioannes Lydus Suidas Tzetzes Malalas alii) manibus volutabant. atque etiam si apud Heraclidem Characis nomen Eustathius reppererit, ne ea quidem mentione computus ille tollatur. C. Mueller quidem (FHG III 636) Characem Pergamenum flornisse putavit temporibus Hadriani Antonini Pii M. Aurelii Antonini, sed argumenta quibus eam opinionem firmare studuit nulla sunt. ad Antoninorum tempora vix descendere licet, si Suidae verba respiciuntur (s. v. Χάραξ) . . . ἔστι δὲ τῶν κατ' Αὔγουστον πολλῷ νεώτερος· μέμνηται γοῦν ἐν τῷ β' τῶν βιβλίων Αὐγούστου ὡς πάλαι γενομένου Καίσαρος καὶ ἐν τῷ ζ' Νέρωνος καὶ τῶν μετ' αὐτὸν βασιλευσάντων. Heraclidae potius aequalem fuisse hinc colligi posse arbitror itaque fieri potuisse, ut ab Heraclide laudaretur.<sup>1)</sup>

Ut ad scripta Heraclidae transeam, duorum tantum librorum memoria ad nos pervenit. alter inscriptus fuit περὶ καθολικῆς προσῳδίας. titulum testantur semel Apollonius (de synt. IV 10 p. 332) semel Ammonius (s. v. νῦν). ab utroque scriptore non modo his sed etiam reliquis locis ubi nomen Heraclidae laudatur eundem librum esse adhibitum, locis inter se comparatis facile intellegitur. indolem ac naturam libri optime demonstrat copiosissimum fragmentum ab Ammonio s. v. σταφύλῃ servatum (frg. 6). ex eodem libro fluxisse arbitror fragmenta quaedam ab Herodiano, in scholiis Homericis, in Eustathii commentariis tradita, quorum argumenta locis illis Apollonianis et Ammonianis similia sunt. primum librum Catholicae Prosodiae citat Ammonius s. v. νῦν: quot libros opus comprehendenterit, quo ordine Heraclides res tractaverit ignoramus. non eundem fuisse ordinem quem Herodianus in sua Prosodia Catholica secutus est, inde colligere licet quod de adverbialis νῦν et νῦν grammaticus primo libro egit, cum Herodiani de adverbiorum accentibus doctrinam libro undevicesimo traditam fuisse constet. — Alterius libri indicem περὶ δυσκλήτων δημάτων et ipsum e duobus tantum testimoniis novimus, Orionis Thebani (p. 54, 2) et Eustathii (p. 1815, 5). hoc

<sup>1)</sup> frustra Meineke Anal. Alex. p. 139 Characi Pergameno Ἰταλοῦ ab iudicavit et Parthaci cuidam prorsus ignoto tribuit corrupta nisus codicis scriptura apud Herod. π. μον. λέξ. 19, 9 (Lentz II 925, 9), ubi pro nomine Πάρθαξ potius Χάραξ restituendum est. cf. Mueller l. l. III 641. Frye p. 97.

libro Heraclides ea verba tractavit, quorum formatio vel declinatio a vulgari usu recedere et ab analogiae ratione abhorrire videbatur.

Num quae alia scriperit Heraclides, nescimus: et certa testimonia desunt neque in reliquiis quae aetatem tulerunt aliorum quorundam librorum vestigia inveniuntur.<sup>1)</sup> nam Osanni conjecturam de Homeri carminum recensione ab Heraclide curata ab aliis iure improbatam ac satis iam refutatam<sup>2)</sup> argumentis omnino carere monuisse satis est. sed Sengebusch et La Roche et ipsi quidem eam suspicionem improbantes commentarios tamen criticos (*διορθωτικά*) ad Homerum ab Heraclide scriptos esse putaverunt. ne ea quidem sententia ullo nititur fundamento. versus Homericis et variae lectiones Homeri versnum in multis Heraclidae fragmentis afferuntur: sed eorum nullum ita comparatum est, ut crisin Homeri carminum peculiari opere ab Heraclide tractatam esse inde colligere liceat nedum opus sit. morem grammaticorum illius aetatis secutus in studiis suis grammaticis Heraclides ubique „poetae“ habuit rationem et in libris passim versus Homericos vel vocabula Homeri propria commemoravit et explicuit. in libro περὶ δυσκλίτων ῥημάτων quam saepe occasionem habuerit verborum formas anomalas ab Homero usurpatas tractandi et explicandi, quis est quin intellegat? atque Eustathius p. 196 quosdam δρισταλές ἔμεναι οὖδας scripsisse (cf. frg. 24) in Heraclidae libro περὶ δυσκλίτων ῥημάτων se invenisse diserte narrat.

Hanc meliora sunt argumenta quibus nuper J. Wackernagel (de pathol. veter. init. p. 17) novas de Heraclidae libris quibusdam περὶ τῶν ἡν̄ et περὶ πλεονασμῶν conjecturas comprobare studuit. ac priorem quidem his verbis defendit: „primum quidem (ap. Eust. p. 1432) ἡν̄ ex οὖν factum esse docetur eadem ratione qua ἐφίλην Aeolicum ex ἐφίλουν: tum vero (p. 1759) idem ex ἡν̄ verbi ζω imperfecto derivatur: quod conciliari nequit. cum autem etymo-

<sup>1)</sup> non minus quam libellum περὶ ἐπειρολογῶν ab Heraclide Milesio alienum esse arbitror opuscolum quoddam περὶ τῶν χρῆ καὶ δεῖ ab Et. Mg. 284, 53 Heraclidae nomine laudatum. quod philosophi argumenti fuisse (fortasse ad philosophiam moralem pertinuisse) et Heraclidae Pontico philosopho tribuendum esse mihi videtur.

<sup>2)</sup> cf. M. Schmidt Diar. Antiqu. 1855 p. 266. Sengebusch I 83. La Roche Textkr. p. 80. Frye p. 121 seqq.

logia prior plane cum ea ratione consentiat, quam in libro περὶ δυσκλίτων ἡγμάτων Heraclidem secutum videmus, ergo altera inde petita esse nequeat, suspicor hoc quidem fragmentum ad nescio quem περὶ τοῦ ἦν libellum pertinere Herodianeo pariter inscripto similem.“ at si fragmenta diligentius examina set, eius modi discrepantias apud Heraclidem nihil habere mirifici cognovisset: solet enim Heraclides unius formae proferre non nunquam duas vel plures explicationes, quas referre ad diversos libros non licet (cf. frg. 46, 47). ut ἦν ab οὖν sic ἡμην ab οὐρη derivatur (Eust. p. 1432, 32), alibi vero (Eust. p. 1641, 44. 1770, 35) ab ἐμαί ἡμην: neque tamen de ἡμην forma peculiarem libellum scripsit Heraclides. Wackernagel e libro περὶ δυσκλίτων ἡγμάτων priorem tantum formae ἦν etymologiam ideo repetit, quod in eo verba in μι sola tractata fuisse putavit. quae opinio, ut alia omittam, vel eo refellitur, quod Orio Thebanus etymologiam vocis εὐρές e libro περὶ δυσκλίτων ἡγμάτων sumpsit, unde sequitur omnia quae Eustathius de origine verbi ἔρρω quattuor locis tradit (frg. 19) ad eum librum esse referenda. — περὶ πλεονασμῶν Heraclidem scripsisse coniecit ille propter haec verba (ap. Eust. p. 722): Ἀργεῖοι καὶ Κρῆτες πολλάκις ἔξαιροῦντες τὸ ἐντάττουσι τὸ ὑπὸ τὴν εἰς πρόθεσιν ἔντι λέγοντες καὶ τὸ τιθεῖς τιθέντες (non μετατιθέασι τὸ ἐντάττουσι τὸ εἰς ὑπὸ): „quae quidem (inquit) quamvis recte observata tamen a consuetudine veterum tam aliena sunt, ut nisi certam quandam ob causam, h. e. quia scriptor sibi proposuit per πλεονασμόν omnia explicanda, ita scribi non potuerint.“ equidem omnino me non intelligere fateor, quod sit discrimen inter ἔξαιροῦντες ἐντάττουσι et μετατιθέασι. de pleonasmō hoc loco sermo non est, quod vel ex subsequentibus apparet: Σικελοὶ μάντοι ἔμπαλιν τὸ ἐντάττουσι τὸ ἔνδον ἔνδοι λέγοντες κτλ. et Epim. Cram. I 137, 29 Et. Mg. 302, 2 . . . ἡ μὲν τῶν Ἀργείων διάλεκτος μεταβάλλει τὸ ἐντάττουσι τὸ εἰς ὑπὸ. ridiculum vero et refutatione vix dignum est illud, omnia per pleonasmōν explicanda sibi proposuisse Heraclidem. quem ut πλεονασμῶν sic ἀποβολήν τροπήν συχοπήν et cetera παθῶν genera adhibuisse ad vocabula derivanda satis luculenterque ex reliquiis apparet.

Ac de vita scriptisque Heraclidae haec quidem hactenus plura mihi dicenda sunt de fontibus eius doctrinae et de singulis auctoribus qui fragmenta servarunt. et primus quidem nominan-

dus est Apollonius Dyscolus, cui nos tria fragmenta debere diximus. haud spernendum auctorem Heraclidem a principe illo grammaticorum esse iudicatum, tenor verborum vel in assentiendo vel in refellendo satis declarat. praeter tres illos locos in Apollonii libris qui aetatem tulerunt pauci cum Heraclidae praeceptis congruunt (cf. frg. 26. 43), quod in eis, credo, Apollonius non tam saepe (quam e. g. in deperditis libris περὶ προσφθῶν et περὶ ρήματος) occasionem habuit Heraclidae sententias afferendi vel refellendi. — Sequitur clarissimi et doctissimi viri filius celeberrimus Herodianus, quem etsi ter vel quater tantum in reliquiis nominatim Heraclidae mentionem facit ut ceterorum memorabilium grammaticorum qui antecesserant sic Heraclidae scripta diligenter respexisse vel inde concludere licet, quod huius exemplum imitatus opus suum doctissimum et apud posteros celebratissimum περὶ καθολικῆς προσφθῆς nuncupavit, et permulti eius reliquiarum loci demonstrant in fragmentis ubique a nobis adnotati: quorum quidem pars in refutandis Heraclidae opinionibus versatur, sed multis eorum numerus quibus tacite praecepta illius probavit et in usum suum convertit (cf. E. Hiller Ann. phil. 103, 507). nam Herodianus superiores grammaticos non laudare solet nisi cum aut eorum sententias refellit aut adversus aliorum dubitationes defendit.<sup>1)</sup>

Iam ad Ammonium venio, qui tria fragmenta Heraclidae servavit. de cuius aetate persona libro quoniam adhuc falsae opinione feruntur et duo de fragmentis illis apud Eustathium redeunt, de vera Ammoniani libri origine et de ratione quae intercedat Ammonium inter et Eustathium quid sentiam hoc loco mihi exponendum videtur. libelli περὶ δημοίων καὶ διαφόρων λέξεων auctor vulgo habetur Ammonius, quam sententiam in primis defendit Valckenaer (Ammon. praef. p. XXI seqq.). sed ante Valckenaerum docti quidam Ammonium antiquum grammaticum fuisse ipsumque librum de differentiis verborum composuisse iure negave-

<sup>1)</sup> praeter frg. 7. 8 ex Herodiano fluxisse putaverim frg. 9 (schol. I 378). nec minus schol. α 320<sup>o</sup> (frg. 10) ad Herodiani Odyssiacam Prosodium referendum videtur; nam scholiastam ut Aristarchi sententiam sic ea quae contra Heraclides protulerit ex Herodiano sumpsisse veri est simillimum.

rant. nam cum Eustathius cum multis Ammonii glossis ad verbum conspiret et quinque locis (p. 831, 11. 855, 3. 906, 59 = 1871, 43. 1698, 27. 1727, 9) ex Erennii Philonis libro περὶ διαφόρων σημανομένων eadem proferat quae Ammonius (s. v. ἀστρον. αἶνος. ἀρρωδῆν. ἀσφόδελος. νῆες) exhibet, Paulus Leopardus aliique Ammoniani libri verum auctorem non Ammonium sed Herennium Philonem Byblium fuisse iudicaverunt. contra Valckenaer de Eustathii cum Ammonio ratione sic statuit: „Eustathium legisse eundem quem habemus Ammonii libellum et simile etiam opusculum sub nomine Herennii Philonis non veteris istius grammatici Byblii sed Ammonio longe recentioris qui multa Ammonio sublegit et clarum nomen suae operae praefigere voluerit“ (p. XXIV). at primum quidem quis Ammonius ille fuerit prorsus incertum est. Valckenaer duobus argumentis nisus, primum quod grammaticus saeculo primo inferior nullus laudetur deinde quod Heraclides grammaticus titulo τοῦ ἡμετέρου ornatus sit (s. v. σταθυλή), Ammonium suum saeculo p. Chr. n. primo seu sub initium secundi floruisse putat. sed scriptorem libri quem habemus primo vel ineunte secundo saeculo fuisse ut credamus fieri non potest. continet enim libellus περὶ ὄμοίων καὶ διαφόρων λέξεων permulta doctrinae inferioris aetatis specimina, quae ab antiquo et docto grammatico profecta esse nequeunt.<sup>1)</sup> conferas v. g. glossas ἀδείης. Ἀθῆναι. ἀναρχον. ἀπέθανε et vere antiquas ἀγγιστεις. αἰδώς. αἶνος. ἄμα: bas et illas ab eodem grammatico compositas esse vix credes. hue accedunt non nulla quae hominem Christianum produnt et Byzantinum: s. v. ἐπίτιμος respicit Evang. Luc. VII 3; s. v. πειραστής Nilum quandam scriptorem Byzantium laudat itaque optimis sane argumentis usus est vir clarissimus ad veri auctoris libri aetatem definiendam, non Ammonii.<sup>2)</sup> veteris illius grammatici

<sup>1)</sup> „nae multum falluntur qui librum περὶ διαφόρων λέξεων ab antiquo et docto grammatico conscriptum esse opinantur. tam multa continet et levissima et falsissima, ut sequioris aetatis farraginem esse undecunque collectam facile demonstrari possit“: sunt verba Cobeti (N. L. p. 169).

<sup>2)</sup> alii scriptorem libelli eum Ammonium esse opinati sunt, quem cum Helladio aliisque a. 389 p. Chr. n. Alexandria pulsum Constan-

librum de differentiis verborum Ammonius ad manus habuit et excerpit passimque suis auxit additamentis. quod autem Valckenaer putavit Eustathium et Ammonii librum et simile opuscolum Herennii Philonis nomen ementitum adhibuisse omni caret probabilitate: nihil est cur non omnia quae de verborum differentiis Eustathius exhibet adnotamenta ab uno eodemque scriptore ei suppeditata esse credamus, quem Herennium Philonem fuisse quinques ab ipso laudatum negari vix potest. nec liber ab Eustathio adhibitus pseudepigraphus fuit, sed genuinus veteris illius grammatici Byblii. habemus opuscolum περὶ διαφορᾶς σημασίας sub nomine Eranii<sup>1)</sup> Philonis, quod una cum Ammonio ex apographo Vossiano codicis Parisini (n. 1270 ni fallor) edidit Valckenaer. de hoc vir praeclarissimus sic iudicavit: „libelli scriptor infimi aevi fuisse videtur grammaticus, qui dum vetustissimi Herennii Philonis personam suscipit passim et in ipso limine fraudem prodit, ubi pro ‘Ερεννίου nomine mendosam librorum lectionem secutus posuit ‘Ερανίου“. itaque ex Valckenaerii sententia duo extiterunt falsarii, qui Herennii Philonis personam induiti libellos de differentiis verborum conscripserunt, unus (περὶ τῶν διαφόρων σημανομένων) Eustathii auctor alter scriptor opusculi περὶ διαφορᾶς σημασίας. nonne hoc ridiculum? non enim unum esse hunc et illum quem Eustathius adhibuerit Valckenaer dicit nec dicere potuit, quia longe plurimis locis Eustathius non cum Eranio Philone sed cum Ammonio congruit. sed vereor ne longus sim, si plura proferam ad Valckenaerii opinionem refutandam, ad meam sententiam comprobandum non nulla adiungere satius esse puto. opuscolum περὶ διαφορᾶς σημασίας non a falsario quadam ex Ammonio vel aliis fontibus compilatum est, sed excerpta continet e genuino Herennii Philonis libro, quem etiam tum integrum usurpare licuit Eustathio quemque totum fere expilavit Ammonius. nullam notam apud Eranium Philonem invenies, quam vetus grammaticus non scripsisse putandus sit. non nunquam magis cum Eustathio congruit quam cum Ammonio: cf. Eran. Phil. s. v. αἴνος et Eust. p. 855, 2;

tinopolim profugisse tradit Socrates hist. eccl. V 16. ii non habent quomodo illud Ἡρακλεῖδης ὁ ἡμέτερος explicit.

<sup>1)</sup> nomen ‘Ερανίου nihil esse nisi librarii errorem pro ‘Ερεννίου vix est quod moneam.

Eran. Phil. s. v. ἀλίπαστον et Eust. p. 1827, 60; Eran. Phil. s. v. ἐνταυθοῖ et Eust. p. 1839, 60; Eran. Phil. s. v. λαβεῖν et Eust. p. 1399, 11. non paucas glossas epitomator servavit, quas Ammonius praetermisit: ἄθλον. ἀστρολογία. ἀνήρ. ἀπαράσκευος. ἀπολείπει. ἀμφί. βοῦς. γαμήλια. ζρος. εἰκότα. ἡσυχάζειν. μηρία. μνᾶται. πάγετος. φλαύρον. quod autem certissime demonstrat non ab Ammonio pendere Eranium Philonem, glossarum ordo huius libelli ab Ammoniano discrepat: cum Ammonius librum suum secundum litteras ita concinnaverit, ut binarum priorum curam haberet, epitomator in adornandis glossis unius tantum litterae rationem habuit. quod de antiquissima forma Ammoniani libri Valckenaer (praef. p. XII) coniectavit, id mihi ad Herennii Philonis librum transferendum videtur: Herennius Philo librum suum ἀταχτὸν conscripsit, epitomatores et compilatores in alphabeticum ordinem redegerunt, sed ut alius aliam rationem sequeretur.<sup>1)</sup> — Herennium Philonem Byblium re vera de differentiis verborum scripsisse, nihil obstat quominus confidenter statuamus. cum exeunte saeculo primo et initio secundi Philo Byblius floreret, quid mirum quod nemo saeculo primo recentior apud Ammonium laudatur? quid? illud Ἡρακλεῖης δὲ ἥμέτερος nonne optime explicatur, si Philonem existimamus Heraclidem aequalem snum novisse cum eoque familiariter vixisse? nec certa testimonia desunt quibus differentiis synonymorum et homonymorum explicandis operam dedisse Byblium demonstratur.

<sup>1)</sup> praeter Eustathium et Eranium Philonem Valckenaer (praef. p. XVI) Ammonii compilatores dixit Thomam Magistrum Pseudo-Ptolemaeum Ascalonitam Cyrillum Etymologum Gudianum. hoc certum est a Ptolemaeo illo personato (Fabric. B. G. VI 157 seqq.) Ammonii librum non esse adhibitum; nam apud eum singula vocabula sine ullo ordine subsequuntur, quod quomodo fieri potuerit, si Ammonium secundum litteras dispositum expilaverit, non video. nec illi lectiones quaedam et glossae ab Ammonio omissae non communes sunt cum Eranio Philone. ceteri quoque (Thomas Magister Cyrillus Etymologus) num ab Ammonio pendeant valde dubito: sed de his accuratiore disquisitione opus est. ad compilatores quos nominavi accedit Symeon quidam, cuius libellus secundum omnes litteras digestus exstat in cod. Vat. gr. 1362 (τοῦ κυροῦ συμβώνων συναγωγῆ πρὸς διαφόρους σημανομένων σημασίας).

apud Steph. Byz. s. v. Κύρτος et schol. Oribas. in Mai class. auct. IV 11 differentiam legimus nominum Κύρτος et Κυρτός a Philone datam. adnotamenta Et. Mg. 227, 51 (γέρανος) et Et. Gud. 123, 38 (γέρρω), ubi Ἐερένιος Φίλων ἐν τῷ περὶ χρηστομαθήσας citatur, ad Philonis de differentiis doctrinam spectare recte animadvertisit Lehrs Arist.<sup>2</sup> 317. denique libri Ammoniani verum scriptorem Philonem esse mihi certissime probari videtur hac Ammonii nota: Ἰδουμαῖοι καὶ Ἰουδαῖοι διαφέρουσιν, ὡς φησι Πτολεμαῖος ἐν πρώτῃ περὶ Ἡράδου τοῦ βασιλέως (cf. C. Mueller FHG III 348 adn.). Ἰουδαῖοι μὲν γάρ εἰσιν οἱ ἐξ ἀρχῆς φυσικοί· Ἰδουμαῖοι δὲ τὸ μὲν ἀρχῆθεν οὐκ Ἰουδαῖοι, ἀλλὰ Φοινίκες καὶ Σύροι χρατηθέντες δὲ ὑπ’ αὐτῶν καὶ ἀντιχασθέντες περιτέμνεσθαι καὶ συντελεῖν εἰς τὸ έθνος καὶ τὰ αὐτὰ νόμιμα ἡγεῖσθαι ἐκλήθησαν Ἰδουμαῖοι. quid haec ad grammaticos Graecos? Philonem Byblium, genere Phoenicem, qui Φοινίκην ἴστοριαν et περὶ Ἰουδαίων scripsérunt, talia et in hoc libro eu-rasse nihil mirum.

Sed ut eo redeamus unde digressi sumus, ex antiquis grammaticis solos Apollonium Herodianum Philonem Heraclidae libros adhibuisse vidimus, plura Byzantini compilatores ex illis servarunt. ac veterum illorum testimonia omnia ad Prosodiam Catholicam iure rettulisse nobis videmur. ab hominibus Byzantinis magis liber περὶ δυσχλίτων ῥημάτων expilatus est. Osann quidem plurima fragmenta ab Eustathio tradita Prosodiae Catholicae vindicanda esse censuit, librum περὶ δυσχλίτων ῥημάτων parvi momenti putavit. qua de re Frye cum Osanno consentit.<sup>1)</sup> mihi vero non dubium videtur quin longe maximam fragmentorum partem Eustathius e libro περὶ δυσχλίτων ῥημάτων hauserit. anno 1496 Aldus Manutius in libro miscellaneo „Cornu copiae sive Horti Adonidis“ inscripto fol. 204<sup>b</sup> — 205<sup>b</sup> parvum excerptum edidit sub titulo παραγωγὴ δυσχλίτων ῥημάτων. idem excerptum e codice quodam Darmstadino vulgavit Sturz post Etym. Gud. p. 661, 34—662, 8 ac tertium e

<sup>1)</sup> p. 104: „scriptorum, quae Heraclides Milesius reliquit, gravissimum atque copiosissimum putaverim Prosodiam Catholicam, e qua longe plurima fragmenta ab Eustathio servata suo iure desumpta esse contendit Osannus.“

codicibus Vindobonensibus tamquam Herodianum<sup>1)</sup>) La Roche in programmate gymn. acad. Vind. a. 1863<sup>2)</sup>; exstat denique in codice Parisino 2600 (cf. Cram. A. P. II 116). excerptum a mandato Byzantino quodam conscriptum continet quaestiones et responsa de formatione verborum quorundam difficilium velut πόθεν τὸ σπένδω; ἐκ τοῦ σπείδω κτλ. omnia quae ibi leguntur ex Heraclidae libro περὶ δυσχλίτων ἥματων fluxerunt<sup>3)</sup>: nam singula redeunt apud Eustathium in fragmentis Heraclideis. atque cum excerptum illud indicem libri Heraclidei ex quo compilatum est prae se ferat, omnia fragmenta Eustathiana quibus verba tractantur in illo com memorata quin ex libro περὶ δυσχλίτων ἥματων descripta sint mea quidem sententia dubitari nequit. qua ratione quattuordecim fragmenta ad hunc librum referenda sunt (frg. 16—20. 22—25. 27. 28. 30—32). atque eodem alia quaedam fragmenta pertinere propter argumentorum similitudinem facile intellegitur. nec minus libro de verbis anomalis (nam sic breviter titulum περὶ δυσχλίτων ἥματων interpretari licet) adnotamenta ea quae Eustathius de multis verborum in μι formis explicandis vel derivandis ex Heraclide servavit tribuenda esse persuasum habeo. in quibus fragmentis omnibus rarissime aliiquid de prosodia vocum adnotatur, summa disputationis versatur in singulis verborum formis derivandis, in formationis et declinationis verborum legibus constituendis ac vitiis quibusdam castigandis. iam vides quo iure Eustathium plurima fragmenta e Prosodia Catholica descripsisse Osann et Frye contendenterint. immo vero multo rarius illam in usum vocavit Eustathius quam librum περὶ δυσχλίτων ἥματων. atque id propterea factum esse crediderim, quod librum περὶ καθολικῆς προσφύσις non iam integrum habuerit, sed exigua tantum excerpta. etenim Herodiani liber amplissimus περὶ καθολικῆς προσφύσις brevi tantam nactus erat auctoritatem, ut ceterorum grammaticorum opera eiusdem generis plane detrueret

<sup>1)</sup> etiam Lentz excerpta illa ex Herodiani libro περὶ παθῶν hausta putavit (Ann. phil. 91, 186).

<sup>2)</sup> hoc programma mihi inspicere non licuit.

<sup>3)</sup> adnotamentum de γυνώσκω (Hort. Adon. f. 205<sup>b</sup> = Et. Gud. 661, 48) non genuinam prodit Heraclidae doctrinam: compilator eam cum Herodiani vel Choerobosci derivatione conflavit, quae Byzantinis notior fuit (cf. frg. 28).

atque oblivione obrueret. opus vero περὶ δυσκλήτων ῥημάτων Eustathii temporibus vel integrum exstabat vel excerpta circumferebantur copiosissima. quae sententia eo confirmatur, quod in ceteris aevi Byzantini fontibus grammaticis vestigia libri περὶ δυσκλήτων ῥημάτων sat multa inveniuntur. Prosodiae Catholicae grammatici Milesii fere nulla. extant vel latent potius Heraclideae doctrinae frustula in Etymologicis Orioneo Magno Gudiano et in Epimerismis Homericis.

Orionem Thebanum<sup>1)</sup> semel Heraclidae eiusque libri περὶ δυσκλήτων ῥημάτων mentionem fecisse supra diximus. idem praeter vocis εὐρέξ etymologiam alia non nulla auctoris nomine omisso ex Heraclidae scriptis delibavit (cf. Frye p. 110), quae suis locis adnotavimus. ut cetera in Orionis libro male detruncato sic Heraclidea partim corrupta leguntur, quae tamen Eustathii et ceterorum fontium auxilio facile emendantur, si quidem in cetera Etymologica transierunt.

In Epimerismis Homericis e cod. Oxon. Bibl. Nov. Coll. 298 a Cramero Anecd. Oxon. I editis, etsi nusquam<sup>2)</sup> Heraclidae nomen laudatur, tamen multa insunt quae ex Heraclidae scriptis fluxerunt. nec verum esse arbitror quod Lentz (Herod. praeft. p. CCVII) contendit Choeroboscum Herodianum Apollonium solos in Epimerismis esse adhibitos, quae ex aliis antiquioribus grammaticis proferantur non ex ipsis fontibus esse derivata sed ex libris in quibus a posterioribus maxime ab Herodiano citati fuissent. certe cum Heraclidae fragmentis ab Eustathio traditis multa in Epimerismis adnotamenta tam accurate congruunt, ut ex ipsis Heraclidae libris vel excerptis Heraclideis deprompta esse mea quidem sententia negari nequeat. omnino magna cautio in hoc fonte adhibenda est, ne uni alterive auctori tribuantur quae ab eo sint aliena. nam compilator ille diversis fontibus usus passim res et sententias diversissimas undecunque haustas conflavit ac sine auctorum fontiumque indicio

<sup>1)</sup> Orionem propter artam cum ceteris Etymologis necessitudinem in hac fontium descriptione grammaticis Byzantinis adnumerare malo, etsi hoc contra temporum rationem fieri haud ignoro.

<sup>2)</sup> Epim. Cram. I 95, 8 βληγχρόν, ubi Ἡρακλεῖδης ὁ Μιλήσιος citatur, ex Herodiani Prosodia Iliaca (θ 178) fluxit: cf. frg. 7.

vel distinctione ita conglutinavit, ut quid huic quid illi debeat scriptori perspicere ac dijudicare non nunquam sit difficillimum. ac Lentz quidem etsi magna diligentia et sagacitate in Herodiani doctrina eruenda usus est, passim tamen non satis caute agens ex Epimerismis locos quosdam in Herodiani reliquias recepit, qui Heraclidae potius vindicandi sunt. ut ea quae Ep. Cr. I 137, 28 (Et. Mg. 302, 1) et 353, 24 leguntur, quae Lentz Herodiani esse putavit (II 501, 24. 377, 7), ex Heraclide fluxerunt (cf. frg. 16. 17); ex Ep. Cr. I 366, 20 et Et. Mg. 667, 29 Lentz fragmentum Herodianum composuit omnino falsum (II 265, 2): Epimerismi Heraclidae sententiam exhibent, extrema tantum verba καὶ (l. 7) ἀπὸ τοῦ περιχρήστες κτλ. ad Herodiani doctrinam spectant, quam tradit Et. Mg. l. l. (cf. frg. 30). sed ubique accurate distinguere Heraclidea et Herodianea periculosae plenum opus aleae esse fateor, si quidem Herodianus in multis rebus tacite Heraclidem secutus saepe eadem docuit. itaque est ubi Heraclideam doctrinam agnoscere neque vero ipsum Heraclidem auctorem fuisse affirmare liceat. — ut pauca de ratione addam qua compilator excerpta quae habuit ex Heraclide tractaverit, consueto more Byzantinorum grammatici doctrinam saepe corrupit vel falsis et ineptis additamentis inquinavit. ut exemplum afferam, quae Heraclides de litterarum ī et ū in Argivorum Cretensium Siculorum dialectis commutatione docuit (frg. 16), satis accurate refert scriptor Ep. Cr. I 137, 28. sed idem altero loco (Ep. Cr. I 31, 32) falso eam doctrinam adhibuit ad vocabula ἄργεννός et ἐρεβεννός derivanda et rem totam confudit. — ex eisdem quibus Epimerismi cod. Oxon. fontibus fere compilati sunt Epimerismi codicis Coisl. 387 a Cramero Anecd. Paris. III 294—370 editi, qui non ut illi alphabeticō ordine sed secundum versuum Homericorum II. A seriem compositi sunt. alias generis et inferioris sunt Epimerismi codicis Barocc. 50 (ap. Cram. An. Ox. II 331—426), ubi perpaucā exstant Heraclidea.<sup>1)</sup>

Cum Epimerismis artissime coniuncta sunt Etymologica. Heraclidea quae exstant in Etymologico Magno (et Gudiano) vel

<sup>1)</sup> hoc loco monendum videtur omnia Heraclidea quae in scholis Homericis ap. Cram. An. Par. III leguntur ex Eustathio esse descripta: nam scriptores schol. codicum Paris. 2681. 2767. 3058 (An. Par. III 29—96. 179—246. 371—389) Eustathii commentarios compilaverunt.

ex Orione vel ex Epimerismis fluxerunt. plurima Etymologico communia sunt cum Epimerismis. nam Etymologus eisdem Epimerismis Homericis usus est quibus scriptores illi codicum Oxoniensis et Coisliniani: cf. Lehrs Anal. gramm. p. 411. itaque omnia fere Heraclidea in Epimerismis tradita reperiuntur etiam in Etymologicis, pauca quae servavit Etymologus non extant in Epimerismis. in plerisque Etymologica et Epimerismi ad verbum congruant inter se, saepe alter fons alterum supplet vel emendat, modo hic modo ille corruptam scripturam praebet, modo hic modo ille quaedam omittit.

Ex fontibus quibus Heraclidae doctrina servatur recentissimus fortasse sed tamen optimus est Eustathius, cui longe maximam fragmentorum partem et cui soli paulo meliorem Heraclidae notitiam debemus quam aliorum veterum grammaticorum. habuit Eustathius, ut iam supra indicavimus, minora excerpta ex Heraclidae Prosodia Catholica et integrum librum περὶ καθολικῆς προσῳδίας vel excerpta copiosissima. quattuor loci in Eustathii commentariis Heraclidae nomine insigniti ex aliis fontibus fluxerunt, quae Eust. p. 341, 30 (frg. 6) de accentu vocis σταφυλή et p. 1840, 1 (frg. 4) de differentia vocum νῦν et νωνι tradit, ex Herennio Philone descripsit coll. Ammon. s. v. σταφυλή et νῦν. Eust. p. 705, 60 (frg. 7) Heraclidae Milesii de accentu et significatione vocis ἀβληχρά sententiam ex Apionis et Herodori scholiis Homericis laudat: ἐν δὲ τοῖς Ἡροδώρου καὶ Ἀπίωνος φέρεται ὅτι Ἡρακλείδης ὁ Μιλήσιος βαρύνει τὴν λέξιν κτλ. sed ne horum quidem fons fuit Heraclidae opus περὶ καθολικῆς προσῳδίας, sed Herodiani Prosodia Iliaca. denique ea quae Eust. p. 365, 25 de Heraclidae scriptura nominis Μήγονες (B 866) refert (frg. 11), non ex suis excerptis Heraclideis sumpsit, si quidem illud φασίν adicit (Ἡρακλείδης δέ, φασίν, ἔνει τοῦ ἡ γράφει), quo significare solet se scriptoris alicuius mentionem non de suo iniecerre, sed auctori cuidam debere. Lentz (Herod. II 550, 18) ab Eustathio illa ex Choerobosco paulo post laudato descripta esse putavit, Choeroboscum rursus hausisse ex Herodiani Orthographia. sed probabilius videtur Eustathium ea quoque in scholiis suis Homericis leguisse, quorum fons Herodiani Prosodia Iliaca fuerit. nam uberiora olim hoc loco (B 866) scholia fuisse quam nunc sunt scholia Veneti A notationes criticae ostendunt

de variis lectionibus editionis Massalioticae et Euripidis recensionis ab Eustathio paulo post (p. 366, 12) servatae quae in scholiis Venetis desiderantur. eis quae ex scholiis suis descripsit Eustathius tum de suo adiunxit simile quoddam Choerobosci adnotamentum de Boeotiorum mutatione diphthongi *ui* in *η*. cetera omnia quae servavit fragmenta Eustathius ex ipsis Heraclidae scriptis repetiit. atque hoc nobis gratissimum fecit, quod tam multa et pretiosa fragmenta doctrinae veteris illius grammatici memoriae prodidit eisque contra morem suum plerumque auctoris nomen addidit. sed de his fragmentis idem dicendum est quod in omnes veteris eruditionis reliquias in Eustathii commentariis servatas valet, Eustathium verba grammaticorum non diligenter transcribere sed mutare et obtruncare vel suis nugis augere et maculare. qua re ubicunque ex eo veteris cuiusdam doctrinam restituere propositum est, accurate circumspiciendum ac diligenter quaerendum est quid vetus ille vere docuerit, quid Eustathius vel addiderit vel male intellexerit et corruperit.

Plurima fragmenta Eustathius Heraclidae nomine insignivit. non nulla bis (vel ter) profert, altero loco auctoris nomen addens altero formulis illis φασίν vel κατὰ τοὺς παλαιούς usus. uno loco p. 655, 10 παλαιός τις τεχνικός ab Eustathio laudatur, ubi Heraclides intellegendus est (frg. 55). plerumque suis verbis Eustathius Heraclidae sententias reddidit, ipsa grammatici verba raro descripsit integra. locos quosdam ubi hoc factum est ut exempla dictionis Heraclidae hic affero: Eust. p. 1410, 56 ἔτι δὲ λέγει σφροδῶς καὶ δι τὸν ἔγωγε ἄνοιαν καταδικάζω τῶν οἰομένων ἐπέκτασιν τῆς ὥν εἶναι τὴν ἔων μετοχήν, οὐδεμίᾳ γάρ [φησί] εἰς ὃν λήγουσα μετοχή ἐπεκτείνεται διὰ τοῦ Ε<sup>τ</sup> et paulo post: μέμφεται δὲ καὶ τὸν Σιδώνιον Διονύσιον . . . „ἀγνοεῖ δὲ [φησίν] ἐκεῖνος τὸ ἔργων ἔργων Σιδώνιον . . . „ἀγνοεῖ δὲ [φησίν] ἐκεῖνος τὸ ἔργων ἔργων τὸ ἔλπων ἔλπων καὶ τὸ „ἄλλα σύ πέρ μοι ἔειπε“ ἀντὶ τοῦ εἰπέ“ καὶ τὸ ἔλπων ἔλπων καὶ τὸ „ἄλλα σύ πέρ μοι ἔειπε“ ἀντὶ τοῦ εἰπέ“ (frg. 45). Eust. p. 1756, 18 καταδέχεται καὶ τοὺς λέγοντας τὰ τοιαῦτα συγκεκρίθαι οἷον τὸ διακρινθεῖτε ἐκ τοῦ διακρινθεῖτε καὶ τὸ εἴτε ἐκ τοῦ εἴτε εἰπὼν ὡς „οὐ διαφερόμεθα αὐτοῖς· οὐ γάρ ἀποπον αὐτὰ κατὰ συγκοπὴν ἔξενηνέχθαι“ (frg. 47). Eust. p. 1407, 60 φησὶ κατὰ συγκοπὴν ἔξενηνέχθαι“ (frg. 47). Eust. p. 1407, 60 φησὶ οὕτως: „μέγιστον τεχμήριον ἐν ἀμφιεβητήσει τῶνων θεματικῶν τὸ τηνικαῦτα περισπᾶσθαι τὰ βίματα, στε τὸ ἀπαρέμφατον διὰ προπαρατήγοντος τοῦ η λέγεται· τὸ γάρ κυῶ περισπᾶται, διὰ κυῆμεναι τὸ λήγοντος τοῦ η λέγεται· τὸ γάρ κυῶ περισπᾶται,

ἀπαρέμφατον εἰ δὲ ἡν κύω βαρυτόνως, κυέμεναι ἢν κατὰ τὸ εὐρέ-  
μεναι κτλ.“ (frg. 48) Eust. p. 655, 10 λέγει τις παλαιὸς τεχνικὸς  
ὅτι „δοκεῖ μοι μέρφεσθαι τῇ συνηθείᾳ ἔσται λεγούσῃ“ οὐδέποτε γάρ  
τὸ τρίτον τῶν τοιούτων μελλόντων γρεωκοπεῖται παραληγομένῳ φω-  
νήσεται, ἵνα τις εἰπῃ τὸ κακέσται κακέσται ἡ τὸ τελέσται τελέσται“  
(frg. 55). saepissime Eustathius sua interpretamenta (ἥπουν . . .)  
inculcavit et additamenta quibus interdum Heraclidae praecepta  
obscuravit vel corrupit. p. 1398, 30 (frg. 17) tradit de στ̄ pro  
πτ̄ in dialecto Aeolica quae Heraclides docuit, tum pergit: ἵσως δὲ  
καὶ τὸ λίστω ἐκ τοῦ λίπτω ἥγουν ἐπιθυμῶ γέγονεν ἐπιθυμεῖ γάρ πως καὶ  
ὁ λιστόμενος περὶ τίνος, quae de suo addidisse coarguitur vocabulo ἵσως,  
nam Heraclides dicere solet μῆτοτε. p. 1576, 55 refert de formarum  
φύλησι νόησι λέγησι apud Rheginos usu (frg. 41): verba autem  
κακέσται δὲ καὶ τὸ σχῆμα Ἰβύκειν ώπλ τῶν γραμματικῶν διὰ τὸν  
μελοποιὸν δηλαδὴ Ἰβύκον φιληδόνατα τοιαύτη γλώσσῃ de suo adiecit  
in epite, nam Heraclidae opinioni plane repugnat. p. 1434, 20  
(frg. 13) legimus: ὅτι καθ' Ἡράκλειδην ἀμεινον λέγειν ἀνύω ἤπερ  
ἄνω, ἵνα μὴ παραλόγως μηκύνηται τὸ ἄ. cave eredas Heraclidem  
sic locutum esse ἀμεινον λέγειν: Heraclides canonem constituerat  
οὐδέποτε μηκύνεται τὸ ἄ προηγουμένου τοῦ ἣ ἐπὶ τῶν εἰς νῦ (cf. Herod.  
περὶ διγρόνων II 10, 5) et contra hunc canonem pugnare verbum  
ἄνω dixerat, quod longam habeat paenultimam. hinc Eustathius  
concludere posse sibi visus est melius dici ἀνύω quam ἄνω. non  
nunquam Eustathius celerius legendis Heraclidae verba male in-  
tellexit eiusque sententias non recte rettulit. p. 1557, 34 (frg. 44)  
haec scribit: οὗτω Δωριεῖς ἐν τῷ λεξεῖται ποιησεῖται ἔσσεῖται μετα-  
τιθέντες τὴν παρατέλευτον εἰ δίφθογγον εἰς τὴν οὐ παρενθέσει τοῦ ὑ  
ποιησοῦντι φασὶ καὶ τελεσοῦντι καὶ ἔσσοῦντι. quis eredat Heraclidem  
formas activas ποιησοῦντι τελεσοῦντι (ut de monstruoso illo ἔσσοῦντι  
taceam) derivasse a medialibus ποιησεῖται τελεσεῖται? fragmentum  
hoc adeo corruptum et confusum est, ut Heraclidae opinionem vix  
elicere possimus. summa neglegentia tractavit Eustathius p. 341, 30  
fragmentum de accentu vocis σταφυλή quod ex Herennio Philone  
petivit (frg. 6): quod si egregium Ammonii locum non haberemus,  
Heraclides quid ea de re indicaverit ex Eustathii loco perspicere  
non possemus. mirifica narrat Eust. p. 1907, 49 (frg. 60) ὅτι  
τῇς ὑστέρχς Ἀτθηδός ἔστι τὸ ποῖον ἡ γάρ ἀρχαί ἑτεροίχια ἔδιδου  
2\*

παράληξιν τῇ τοιαύτῃ λέξει, ὡς καὶ Ἡρακλεῖδης δῆλοι ἔνθα λέγει τοὺς Ἀττικοὺς τὴν οἱ δίφθοργον εἰς τὴν εἰ μεταποιεῖν τὸ δυοῖν λέγοντας δυεῖν καὶ τὸ οἶκοι οἴκει καὶ τὸ ποῖος πεῖος. antiquos Atticos πεῖος οἴκει δυεῖν dixisse prorsus incredibile ac ne Heraclidae quidem credendum est. sed valde dubito num talia docto Heraclidae tribuere liceat. equidem Eustathium errorem commisisse arbitror, cum grammatici verba obiter legisset. πεῖος pro ποῖος quis dixerit unquam nescio. οἴκει pro οἶκοι dixisse Menandrum testatur Herodianus I 504, 16. δυεῖν non veteris sed recentioris Atthidis esse docet scriptor lexici rhetorici apud Eust. p. 802, 35 τὸ δὲ δυεῖν σπάνιον παρὰ τοὺς παλαιοὺς, ἔστι δὲ ὅμως παρὰ Θουκυδίδῃ (I 20)<sup>1)</sup> ... λέγει δὲ καὶ ὅτι νεωτέρων τὸ γράψειν δυεῖν οὐδὲν γὰρ δυτικὸν εἰς εἰν λήγειν φασὶν οἱ ἀναλογικοί (i. e. ἀναλογητικοί). itaque Heraclidem formas πεῖος οἴκει δυεῖν recentiori Atthidi (i. e. τῇ κοινῇ) tribuisse crediderim: et Eustathius sic potius scribere debebat τῆς ἀρχαίας Ατθίδος ἔστι τὸ ποῖοι. ή γὰρ ὑστέρα κτλ. exempla haec satis demonstrant quam neglegenter Eustathius fontes suos non usquam tractaverit.

Veniamus nunc ad alteram huius praefationis partem, qua ut erat propositum de studiis arte doctrina Heraclidae nobis dicendum est. quod quam difficile sit, cum reliquias tantum habeamus dissipatas et de suo conexu solitas partimque misere laceratas, facile intellegitur. quid ab eis qui antecesserant grammaticis Heraclides sit mutuatus, quid ipse primus invenerit quosque progressus in arte grammatica fecerit in tanto litterarum defectu omnibus numeris describi ac diiudicari nequit. hoc intellegimus Heraclidem non ita obscurum fuisse hominem neque ultimum locum tenere in clarorum grammaticorum numero, qui ante Herodianum studio et labore plurimum conferrent ad artem grammaticam promovendam ac perficiendam. multos sane errores commisit ac saepe linguae Graecae vim intulit in vocabulis et verborum formis derivandis et explicandis. sed eo crimine veterum grammaticorum nemo

<sup>1)</sup> re vera Thucydidem δυεῖν scripsisse nemo iam credit: ex Eustathii verbis hoc concludendum est iam lexicographi illius temporibus Thucydiidis locam vulgari forma δυεῖν fuisse maculatum.

plane absolvendus est: nimirum illis temporibus studia grammatica erant in primordiis necdum grammaticis tot tantisque adiumentis tum uti licuit, quanta et qualia nostri nunc adhibere solent ad grammaticae Graecae rationes explanandas et illustrandas.

Unus Heraclidae liber fuit περὶ καθολικῆς προσῳδίας, quo exemplum ceterorum grammaticorum imitatus est, quorum multos de prosodia scripsisse constat. sed omnes illi aut solam prosodiam Homericam aut aliam partem quandam accentuum doctrinæ tractare sibi proposuerant, ut Tyrannio Ptolemaeus Ascalonita et fortasse Nicias Alexio Pamphilus περὶ προσῳδίας Ὁμηρικῆς scripserunt, Trypho περὶ ἀρχαῖς ἀναγνώσεως et περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας (Velsen Tryph. p. 10. 62). Heraclides primus quantum scimus universam accentuum doctrinam condere suscepit<sup>1)</sup>, in quo imitatores habuit Apollonium (περὶ προσῳδίῶν) et Herodianum. quaeritur nunc quam rationem secutus sit in prosodiacis quaestionibus. ut uno verbo rem expediam, Heraclides fuit analogiae sectator. in certamine illo quod Aristarchei et Cratetei de analogia et anomalia pugnabant a partibus Aristarcheorum stetit: analogiam et rationem (*λόγον*) in lingua dominari, minus valere consuetudinem et usum (*συνήθειαν*) existimavit. itaque cum principia et elementa linguae Graecæ tum singula vocabula et formas ad analogiae normas revocare studuit. „analogiae haec vis est, inquit Quintilianus (I 6, 4), ut id quod dubium est ad aliquid simile, de quo non quaeritur. referat et incerta certis probet.“ ex hoc analogiae studio systemata illa canonum nata sunt quibus similia vocabula a technicis comprehendebantur. quo autem grammatici assidua contemplatione et observatione maiorem totius linguae cognitionem assequebantur, quo plures in communi lingua dissimilitudines inveniebant, eo magis canonum numerus augebatur, ut omnia certis legibus subiungerentur neve ulla maneret inaequalitas. tamen restabant vocabula quae

<sup>1)</sup> Niam Alexionem Pamphilum περὶ προσῳδίας scripsisse iure inde collegerunt, quod ab Herodiano de rebus prosodiacis saepe laudantur: cf. Lehrs Arist. 28, 29; de Tyrannione et Ptolemaeo constat Suidae et aliorum testimoniis.

<sup>2)</sup> Philoxenus libro περὶ προσῳδίῶν de universa accentuum doctrina an de Homericâ prosodia egerit, ex uno testimonio quo memoria eius libri nititur (Nican. A 231) non appetet.

propter dissimilem accentum vel characterem vel declinationem nulli canoni erant subiectienda: ea παραλόγις facta esse vel ἡμαρτημένα dixerunt grammatici vel (ut Herodianus) σημειώδη σημειωτέχ μονήρη. haec de analogia doctrina maxime valuit in quaestionibus prosodiacis. atque Aristarchus quidem summus auctor et princeps analogeticorum nativo quodam veri falsique sensu caute ac modeste analogiae normam in accentibus vocabulorum constituendis adhibuit (Lehrs Arist.<sup>2</sup> 252), praepter eam multum valere traditionem et usum iudicavit. et ubi analogiam adhibuit, non tam grammaticas rationes (ut grammatici posteriores) secutus est quam significationis et litterarum finalium similitudines (Lehrs I. l. 255 seqq.). discipuli vero plerique eius et Aristarchei posteriores, cum nativo illo sensu caplerent et unam in lingua rationem valere putarent, ubique analogias quaerebant, omnia certis regulis adstringere studebant, vocabulorum accentus legibus suis saepe falsis constituebant loquendi usus ratione nulla habita (Steinthal Gesch. d. Sprachw. p. 475 seqq.). Herodianus demum plurimos superiorum errores ex falsa analogia ortos correxit et Aristarchi praecepta redintegravit ac defendere studuit. in Herodiani doctrina prosodiaca traditio (παράδοσις) consuetudo (συνήθεια, γρῆσις) litterarum finalium similitudo (χαρακτήρ τῆς φωνῆς, συνεχόρομψ) non minus valent quam analogia grammatica.

In severissimis illis analogiae defensoribus Heraclides quoque numerandus est. quam acriter et quanto studio analogiam contra usum defenderit optime demonstrat fragmentum illud de accentu vocis σταφυλή (frg. 6). Ptolemaeus Ascalonita hoc loco sine dubio Aristarchum secutus (cf. Lehrs Arist.<sup>2</sup> 266) differentiam ab usu datam probaverat, qua σταφύλη (τὸ τεκτονικὸν ἐργαλεῖον) a voce σταφυλή (δὲ καρπός) distinguebatur. Heraclides aerior analogiae propugnator ἡμαρτημένον dixit oxytonon σταφυλή, quod secundum canonem substantiva in ὅλῃ accentum habeant in paenultima Herodianus vero etsi canonem agnoscit, tamen vocem σταφυλή non subiungit, cum contra paradosin aliquid statuere non facile auderet, sed quam maxime posset traditionem defenderet. similiter Heraclides accentum vocabuli ἀβληχρός tractavit (frg. 7) quod in paradosi fuit oxytonon: putavit ἀβληχρός per ᾱ privativum ortum esse ex βληχρός, itaque ἀβληχρός scribi voluit προπαροξύτονως sicut adiecit.

tiva omnia & privativo composita. Herodianus paradosin defendit. tertium exemplum praebet Eust. p. 764, 29 (frg. 18) Ἡροδιανὸς  
τέταρτην φράσι πολλούς ὅτι τὸ λίτορας κοινολεκτούμενον Ἀτθίδι δια-  
δεῖ ἀγνοεῖν φράσι πολλούς ὅτι τὸ λίτορας κοινολεκτούμενον Ἀτθίδι δια-  
λέκτῳ γέροντες λίτορας, παρέσται δὲ τοῦ ἑτέρου τὸ γεγένηται λίτορας.  
spectant haec ni fallor ad Homeri.versum II 47

ἢ γάρ ἔμελλεν

οἱ αὐτῷ θάνατόν τε κακὸν καὶ κῆρα λιτέσθαι,

ubi veteres de accentu infinitivi λιτέσθαι disceptabant. Ptolemaeus  
Ascalonita aliique infinitivum praesentis esse itaque προπαροξυτόνως  
Ascalonita aliique infinitivum praesentis esse itaque προπαροξυτόνως Hera-  
clides, si recte verba eius ad hunc Homeri locum rettuli, λιτέσθαι  
scribi voluit, cum infinitivum praesentis verbi λίτορας esse indi-  
caret.<sup>1)</sup> Herodianus etsi cum linguae ratione tum sententiarum  
conexu praeses postulari concessit, tamen etiam hoc loco  
paradosin sequi maluit quam sic defendit II. Pros. II 47: λιτέσθαι  
ἢ Ἀσκαλωνίτης δξιοὶ ὥροις τῷ λίτορεσθαι, ἐπεὶ ἐνεστῶτος χρόνου ἀπὸ  
ὥριστον τῷ λίτορας. εἰσὶ δὲ οἱ παροξύνουσιν ὥροις τῷ λαβέσθαι.  
ἐγὼ δὲ ἐπανῶ τὸν Ἀσκαλωνίτην προπαροξύνοντα ἐπὶ ἐνεστῶτος. τοῦτο  
γάρ ἔστι καὶ τὸ δηλούμενον, ἔμελλε γάρ αὐτῷ θάνατον λιτέσθαι.  
οὐκοῦ δὲ μοι ἡ πλείων παράδοσις παροξύνειν οὐκ ἀπιτάνως. ὅνπερ γάρ  
οὐκοῦ δὲ μοι ἡ πλείων παράδοσις παροξύνειν οὐκ ἀπιτάνως. ὅνπερ γάρ  
τρόπον ἐν ἑτέροις ὀικαλαμβάνων περὶ τοῦ „μεταλλῆσαι καὶ ἔρεσθαι“  
τρόπον ἐν ἑτέροις ὀικαλαμβάνων περὶ τοῦ „μεταλλῆσαι καὶ ἔρεσθαι“  
(γ. 69), δξιούντων πάντων τὸ ἔρεσθαι ὥροις τῷ πυθέσθαι, ἐπειδήπερ  
μέτος δεύτερος ἀδριστός ἔστιν, ἀπειρηγάμην ὡς ἡ παράδοσις τρίτην ἀπὸ  
τέλους ἐποίησε τὴν δξεῖαν οὐ τῷ σημανομένῳ πεισθεῖσα ἀλλὰ τῷ γα-  
ραχτῆρι τῆς φωνῆς, ἐπεὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀπαρεμφάτων προπαρωξύνετο  
ὅντα ἐνεστῶτος οἰον φέρεσθαι δέρεσθαι, ἢ εἰχε τὴν ρε συλλαβήν πρὸ  
τέλους, τῆς ἀρχούσης συλλαβῆς εἰς τὸ εἶ ληγούσης — οὕτως καὶ τὸ  
ἔρεσθαι ἀναδεξάμενον τὸν αὐτὸν γαραχτῆρα προπαρωξύνετο, οὐ τῷ λόγῳ  
τοῦ ἀδριστού, τῇ δὲ ὥροιστηρι τῆς φωνῆς —, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ  
τοῦ προκειμένου. ὀφείλει γάρ τὸ λιτέσθαι προπαροξύνεσθαι· τοῦτο γάρ  
αλτεῖ καὶ τὸ νοητὸν καὶ ὁ σχηματισμός, παρὰ τὸ λίτορας. ἀλλ᾽ ἐπεὶ τὰ  
εἰς σιτᾶ ἀπαρέμφατα τῷ εἰ παραληγόμενα οὐκ ὄντα ἀπὸ τῶν εἰς μὲν  
ἔχοντα ἐν τῇ τρίτῃ ἀπὸ τέλους συλλαβῆ τὸ ι συνεσταλμένον, μὴ ἐπι-

<sup>1)</sup> itaque rectius fortasse verba supra allata ad librum περὶ κα-  
θολικῆς προσφδίας erant referenda: sed nolui seiungere a reliquis nec  
fragmentum dirimere.

φερομένων αὐτῷ μήτε δόσι συμφώνων μήτε διπλοῦ, παρωξύνετο, ὥσπερ ἔχει τὸ λιτέσθαι πιθέσθαι ἴδεσθαι, οὖτας καὶ τὸ λιτέσθαι παρώξυνεν ἡ παράδοσις, οὐ τῷ λόγῳ τοῦ ἐνεστῶτος πεισθεῖσα, τῷ δὲ τοῦ χαρακτῆρος. ceterum Herodianus immemor fuit optativi aoristi formae λιτοίμην (§ 406).

Libro περὶ καθολικῆς προσῳδίας Heraclides maxime eas res tractavit quas nomine προσῳδία veteres complecti solebant, accentus spiritus quantitates syllabarum. ubique id studuit praeципue, ut similia vocabula componeret certisque legibus prosodiacis comprehenderet. ut in fragmento de voce σταφυλῆ canonem legimus de substantivis in υλῆ et alias id genus observationes prosodiacas, apud Eust. p. 1724, 34 (frg. 12) canonem de nominibus in τῆς quae a verbis contractis derivantur et cet. quo in genere artis grammaticae plerumque Herodianum cum Heraclide consentire videmus: cf. frg. 12. 13. 14. 15. neque vero Heraclides intra prosodiae fines sese continuuit, sed etiam origines formasque genuinas et significations vocabulorum indagavit et explanavit quorum de accentu erat contentio. ut de origine vocum εἰστὶ ἐπεῑ αὐτῶς in Prosodia Catholica eum disseruisse Apollonii Dyscoli testimonio constat. atque eodem libro de significatione vocum ἀβληχρός et ἀνόπαια et de formatione vocabuli ἄπας disseruisse putandus est (agitur enim proprie in ἀβληχρός et ἀνόπαια de accentu, in ἄπας de quantitate: cf. Apoll. de adv. 159, 7 Schneid.). neque eum verborum differentias non respexit Ammonii sive Herennii Philonis loci (s. v. νῦν et ἴκεσθαι) demonstrant, quos Prosodiae Catholicae iure assignasse nobis videatur. sed in ea re quid praestiterit dici nequit: distinctiones quas statuit inter νῦν et νῦνι et inter ἴκεσθαι et ἀφικέσθαι satis temere sunt excogitatae.

De arte et doctrina quam libro περὶ δυσκλίτων ῥημάτων tradidit Heraclides, cum eius libri fragmenta malto plura et copiosiora aetatem tulerint, melius nobis indicare licet quam de Prosodia Catholica, ex qua, si unum de voce σταφυλῆ fragmentum exemeris, misella frusta servata sunt. Heraclides libro περὶ δυσκλίτων ῥημάτων de formatione et declinatione eorum verborum recte explicanda et constituenda disputavit quae contra analogiam nec secundum leges communes facta esse videbantur. ante eum similia tractaverunt Trypho et Philoxenus, quorum ille cum alia tum

περὶ ὥρμάτων ἀναλογίας βαρυτόνων scripsit, hic suam de verborum formatione doctrinam exposuit libro quem scripsit περὶ μονοσυλλέβων ὥρμάτων. de verbis in μι (περὶ τῶν εἰς μι ληγόντων ὥρμάτων), quae pars fuit libri Heraclidei, Demetrius Ixion<sup>1)</sup> et Philoxenus scripserunt. e grammaticis Heraclide posterioribus Apollonius Dyscolus et in universum περὶ ὥρμάτων scripsit et peculiariter περὶ τῶν εἰς μι ληγόντων ὥρμάτων παραγώγων; Herodianus quae hoc libro Heraclides exposuit cum aliis libris (ut περὶ κλίσεως ὥρμάτων, περὶ τῶν εἰς μι, περὶ μονήρους λέξεως) tum multa in eo libro tractavit quem περὶ παθῶν inscripsit. sed ex his tam multis litterarum monumentis praeter Herodiani doctrinae fragmenta nihil fere reliquum est, ut Heraclidae artem cum unius Herodiani reliquiis comparare liceat.

Ut in Prosodia Catholica ita etiam hoc libro Heraclides analogiae rationem secutus est ac maxime id egit, ut singula verba et singulas verborum formas ad aequalitatis normam redigeret, anomalias quantum posset omnes explicaret vel excusaret. idem iam superiores conati erant grammatici. atque cum omnes verborum formas et varias illas in declinando mutationes ex analogiae ratione explicari non posse intellegenter, doctrinam illam παθῶν s. affectionum invenerunt, qua genuinas verborum formas certis affectionibus corruptas esse dicebant ac verborum difficilium primigenia (πρωτότυπα) statuebant vel etiam fingebant, quibus analogia restitueretur. satis notum est quanta licentia et libidine in hac περὶ παθῶν doctrina grammatici antiqui sint versati, cum certis normis non constitutis suo quisque arbitrio varia παθῶν genera adhibuerit. ut Varro de l. l. VI 1 diserte dicit „omneis verba ex verbis ita declinari scribunt, ut verba litteras alia adsumant alia omittant alia commutent“. nempe vocabula et verborum formas ita explicabant et ad analogiae normam revocabant, ut ab etymis deflexa esse dicerent aut adiectione (πλεονασμῷ, προσόδῳ, προσθέσει, ἐπενθέσει, παρενθέσει) aut defectu (ἐλλείψει, ἐνδείᾳ, ἀποβολῇ, ἔξαιρέσει, παρέσει, ἀποχοπῇ) aut contractione (συναιρέσει, κράσει, συναλοιφῇ, συγχοπῇ) aut distractione (διαιρέσει, διαλύσει, τμῆσει) aut

<sup>1)</sup> hunc in contrarium partem de anomalia verborum in μι scripsisse veri simile est.

permutatione (τροπῇ, μεταβέσει, μεταβολῇ, ἐκτάσει, συστολῇ) aut transmutatione litterarum (ὑπερθέσει, ὑπερβιβασμῷ). atque in hac affectionum doctrina summi momenti fuit dialectorum Graecarum per vestigatio: nam formarum ope quas in dialectis extare videbant πάθη vulgarium vocabulorum et primigenias eorum formas demon strabant. itaque canon et analogia vel opponuntur quasi dialectis et consuetudini (cf. schol. Dion. Thrac. p. 678 Bekk.). ex superioribus grammaticis in dialectis Graecis perscrutandis operam collocasse earumque proprietates ad anomalias linguae vulgaris explicandas adhibuisse maxime videtur Trypho, quem in his studiis diligentissime versatum esse testantur librorum indices quos scripsit a Suida traditi: περὶ πλεονασμοῦ τοῦ ἐν τῇ Αἰολίδι διαλέκτῳ βιβλία ζ, περὶ τῶν παρ’ Ὁμήρῳ διαλέκτων καὶ Σιμωνίδῃ καὶ Πινδάρῳ καὶ Ἀλκμῆνῃ καὶ τοῖς ἄλλοις λυρικοῖς, περὶ τῆς Ἑλλήνων διαλέκτου καὶ Ἀργείων καὶ Ἰμραιών καὶ Ῥηγίων καὶ Δωριέων καὶ Συραχουσίων. deinde Philoxenum dialectis Graecis operam dedisse scripta eius docent περὶ τῆς τῶν Συραχουσίων διαλέκτου, περὶ τῆς τῶν Λακωνίων διαλέκτου, περὶ τῆς Ἰάδος διαλέκτου. his libris, cum praeter titulos eorum nihil fere supersit, quid Heraclides debuerit etsi perspicere non iam possumus, tamen eos ab Heraclide in usum vocatos esse facile quis coniciat. videtur enim Heraclides non ipse omnes dialectos Graecas perscrutatus esse, sed quae apud Tryphonem Philoxenum alios de dialectorum proprietatibus quibusdam adnotata invenerat adhibuisse ad formas verborum explanandas. atque hoc in primis factum est in multis Homeri vocabulis derivandis, si quidem poetae sermo antiquis grammaticis ex omnibus linguae Graecae dialectis mixtus videbatur, tum etiam in singulis linguae vulgaris formis anomalis. quae ratio formas difficiliores et linguae vulgaris et sermonis Homerici ex variis dialectis repetendi et explicandi satis diu valuit. ne Apollonius quidem ab ea discessit. et Herodianus quamvis multos grammaticorum de vocabulis Homericis errores corrigeret, tamen ipse in eis praesertim libris quos περὶ παθῶν et περὶ μονῆρους λέξεως scripsit e dialectorum usu multas formas explicuit ac derivavit.

Iam universa ratio quam in arte sua grammatica secutus sit Heraclides quaque πάθη illa et dialectorum varietates adhibuerit ut melius cognoscatur, exempla quaedam ex fragmentis prolata

tractare et cum Herodiani potissimum reliquiis comparare liceat. vocem κέλευθος a verbo ἐλεύθω derivavit et pleonasmō litterae τὸν ex ξέλευθος ortam putavit, simili ratione Καυλωνία ex Αὐλωνίᾳ et κανθήλια ex ἀνθήλια (frg. 56). de nomine Καυλωνία Herodianum idem sensisse tradit Et. Mg. 494, 9. et urbem ab aliis Αὔλωνίαι ab aliis Καυλωνίαι nuncupari ut Heraclides testem affert Characem ita Stephanus Byzantius Hecataeum: Καυλωνία πόλις Ἰταλίας, ἡγ. Αὔλωνίαι. Εκαταῖος καλεῖ διὰ τὸ μέσην αὐλῶνος εἶναι. vocem κέλευθος ab ἐλεύθῳ derivant etiam Ep. Cr. A. P. III 360, 7 Et. Mg. 502, 21: utrum vero ex Heracleide an ex Herodiano hauserint non liquet. in multis verbis pleonasmum litterae τὸν statuit eumque dialecti Doricae proprium vocavit, ut in δύνω θύνω ἐλαύνω δάκνω ἔρευνω et omnibus ni fallor verbis in νῦμι (cf. frg. 20. 21. 22. 23). de verbis certe barytonis δύνω θύνω ἐλαύνω et contractis in νῶ eandem fuisse Herodiani sententiam testimonio constat Eustathii p. 562, 43 τὸ δὲ δαμνᾶν πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ή Δώριον, ὅποιος γίνεται καθ' Ἡρωδιανὸν καὶ ἐν τῷ ἐλαύνω ἐλαύνω δύνω καὶ τοῖς ὄμοιοις. verba ἀνύτω et ἀρύτω Heraclides praeter analogiam et contra canonem formata dixit, quod cetera verba in τῷ exeuntia essent perispomena. anomaliam ita explicavit, ut ex ἀνύτω et ἀρύτω per pleonasmum litterae τὸν orta diceret, quem pleonasmum Cypriorum et Atticorum dialectis assignavit: tum eundem pleonasmum statuit non modo in πτόλις πτόλεμος sed etiam in νυκτός ἄνακτος. vides quam non similia uni regulae subiungere studeat. de Cypriorum dialecto cogitavit propter πτόλις πτόλεμος formas a Cypriis quoque usurpatas (cf. tit. Idal. ap. M. Schmidt, Sammlung kypr. Inschr.), Atticae dialecti proprium hunc litterae τὸν usum dixisse videtur propter ἀνύτω et ἀρύτω formas ab Atticis praecipue adhibitas. Herodianus eundem canonem quem de verbis in τῷ Heraclides statuit ipse agnoscit ab eoque cum alia verba tum ἀνύτω et ἀρύτω eximit ut ex ἀνύτω ἀρύτω orta: idem litteram τὸν in ἄνακτος νυκτός γάλακτος non genuinam esse putavit. sed non Cypriis et Atticis hunc pleonasmum tribuit: in πτόλις πτόλεμος litteram τὸν εἴθει ποιητικῷ additam existimavit (Herod. II 292, 22). talia exempla non pauca exstant ubi verba plane dissimilia uno canone comprehendentur et propter speciem quandam similitudinis ad eandem dialectum referuntur. formam μέντον qua in vulgari sermone

quidam pro μέντοι utebantur ad Argivorum et Cretensium dialectum Heraclides rettulit, quod Argivi et Cretenses τιθέντες pro τιθεῖσιν et ἐντός pro εἰς dicebant (frg. 16): eadem ratione verbum σπένδω quod ex σπεύδω ortum putavit vocemque αἴρεν eisdem dialectis assignavit. vicissim εἰνάνυγες Siculorum dialecto tribuit, quia Siculi ξένδοι pro ξένδον dicebant. ex eadem dialecto formas Homericas πέπληγγον ἐκλέχαծον similiter repetivit, quod Siculi a perfectis quibusdam verba praesentia formabant (frg. 32): qua in re consensum tulit Herodiani, cum Aristonicus, quem Heraclides ipse laudat, recte illas cum Ionicis formis κεχάμω<sup>1)</sup> λελάβω comparasset. in forma πέπονθα quod a verbo πονῶ derivavit eundem pleonasmum litterae δι statuit<sup>2)</sup> atque in vocabulis διγθά μαλθακός χθανάτος χθών διγθός (frg. 34).

Sed haec quidem leviora videantur, si cum aliis Heraclidae praeceptis conferantur, ubi miras ac paene incredibiles affectiones constitutas videmus. in multis verborum formis plura πάθη inesse docuit ac singulas mutationes non nunquam ad diversas dialectos revocavit, ut ad unam formam explicandam saepe varia πάθῶ genera et plures dialectos adhiberet. verbum πέσσω ex altera verbi forma πέπτω πτ̄ mutato in στ̄ ortum putavit; eadem ratione ξενίσσω ab ξενίπτω et δισσομαι ab δύπτω derivavit, mutationem Aeolicam nuncupavit (frg. 17). quorum ad similitudinem mirabili quodam modo verbum λεύσσω derivavit a βλέπτω: e verbo enim ἀβλεύπτω novam verbi βλέπτω formam fixit βλέπτω, hinc apud Aeoles fieri dixit βλέσσω, tum ἀποβολή τοῦ δι λέσσω, denique πλεονασμῷ τοῦ δι λεύσσω. formationem verbi ἐλαύνω e tribus dialectis repetivit: Boeotium esse verbum ἐλάω, hinc Aeolico pleonasco τοῦ δι fieri ἐλαύνω et Dorico pleonasco τοῦ δι ἐλαύνω (frg. 20). similiter verbum ἐρευνῶ explicavit: ex ἐρέω verbo Homericō s. Ionicō apud Aeoles factum esse ἐρεύω, tum Dorico pleonasco τοῦ δι ἐρευνῶ (frg. 21). ex Ionum et Boeotiorum dialectis verbum δρούω repetiit: Ionicae dialecti proprium esse usum amplificandi verba barytona et perispo-

<sup>1)</sup> cf. Ariston. A 168. H 5. P 658. ἐπέπληγγον pro plusquamperfecto accipere vult Curtius Verb. II 24.

<sup>2)</sup> de littera δι in πέπονθα similiter iudicat Curtius Etym. 272. Verb. I 273. 282.

mena adiecta vocali ū, itaque ex ὄρῳ Ionice fieri ὄρος, apud Boeotios vero vocali ū saepe adiungi vocalem ū, itaque ex ὄροව fieri ὄροս (frg. 24). formam Homericam εἰλήλουθμεν vel ad quattuor dialectos revocavit: ἐλήλυθα esse perfectum Atticum, Boeotios hinc facere ἐλήλουθα, Iones εἰλήλουθα, denique ex εἰληλούθαμεν per syncopen Aeolicam ortum esse εἰλήλουθμεν (frg. 31). sed causam cur syncopen dixerit Aeolicam non docuit. πάθη λέξεων quam late patere existimaverit Heraclides luculentissime declarat disputatio de origine verbi ἔρρω (frg. 19). quod cum primigenium esse negaret, quia nullum aliud verbum in ῥρῷ exstabat in vulgari sermone, ἔρρω Aeolicum esse sibi persuasit e vulgari verbo εἴρω ortum atque hoc a verbo φθείρω ita derivavit, ut litterae initiales φθ per pro-copen exciderint. quam sententiam cum eo defendit, quod Aristarchus ἔρρειν apud Homerum interpretatus sit μετὰ φθορᾶς ἀπίειν, tum defectus eius litterarum initialium vel duarum exempla multa congressit partim sane inepta ut εὐράς, quod ex πλευρᾶς ortum putavit, ἀλη ἀλασθαι, quae ex πλάνη πλανάσθαι derivavit. atque ad tantam perversitatem processit, ut ab eodem verbo φθείρω falsis analogiis usus verba αἴρω et ράιώ derivaret. iure hanc tam perversam artem etymologicam castigavit Herodianus π. μον. λέξ. II 948, 30 ἔρρω . . . εἴπερ οὖν Αἰολικόν, ζητητέον τί αὐτοῦ ἦν κοινόν. οὐ γάρ αὐτὸ τὸ φθείρω, ὡς οἴονται τινες.

Multa fragmenta Heraclidea in formis verborum in μι tractandis versantur. magnopere dolendum est quod Eustathius plerumque adnotamenta exhibet abrupta et lacerata et adeo non perspicua, ut veram et integrum Heraclidae sententiam multis locis intellegere sit difficillimum. Heraclides verba in μι (exceptis illis in θμι)<sup>1)</sup> a verbis contractis derivavit, ut εἱμι ab ὡ, ἔημι ab ἀῶ, φημι a φῶ, τιθημι a τιθῶ, ιστημι ab ιστῶ, δίδωμι a διδῶ. atque cum multa verba quae in communi lingua perispomena erant in Aeolica

<sup>1)</sup> verba in ομι veteres grammatici a sexta classe τῶν βαρυτόνων ρήματων derivabant (ut δείχνυμι a δειχνύω). quo modo Heraclides ea explicaverit e frg. 22 apparet: verbi ἀχνυμαι prototypon dixit ἀχω, ex ἀχω Ionico pleonasco τοῦ ὅ factum esse ἀχώ, hinc Dorico pleonasco τοῦ ἀχόνω, tum transmutatione (ὑπερβιβασμῷ) ἀχόνω et ἀχνυμαι ἀχνυμαι. item δέχω — δεχώ — δεχόνω — δεχνύω δέχνυμαι et ὄρω — ὄρων — ὄρνυω — ὄρνυμι.

dialecto in μι exire videret et νοῶ φίλω γελῶ δοκιμῶ apud Aeoles dici νόημι φίλημι γέλαιμι δοκίμωμι, universam coniugationem in μι ex Aeolica dialecto ille repetivit. atque in derivandis quidem verbis in μι a verbis contractis antecessores habuit<sup>1</sup>). iam Tryphonem eandem sententiam habuisse nescio an concludi possit ex Epim. Cram I 101, 27 γνώτην· βήματος β' ἀστριστος· τὸ θέμα ἀσηλον. οὐ γὰρ εὐρέθη ἐπὶ τρίτης συζητίας, εἰ μὴ τὸ δίδωμι, τὰ δ' ἄλλα καὶ ὑπέστασιν λαρβάνομεν, ἀλλωμι βίωμι τίτρωμι τε καὶ γένωμι, ὡς ἀπὸ τοῦ γνῶ γνῶμι γέγνωμι, ὡς τίτρωμι καὶ τίτρημι (καὶ γὰρ καὶ πρώτης καὶ τρίτης λέγεται). οὕτω Φιλόξενος καὶ Τρύφων (Velsen Tryph. p. 56, Herod. II 826, 10). de Philoxeno nemo dubitat, quippe qui omnium verborum ac vel nominum prototypa esse verba monosyllaba in ω circumflexo notata sibi persuasisset (Kleist de Philox. p. 43. 48)<sup>2</sup>). nec posteriores grammatici eam sententiam reiecerunt, Apollonius Herodianus et Byzantini. ad Aeolicam autem dialectum num quis ante Heraclidem totam coniugationem in μι rettulerit ignoramus. diserte de nullo alio traditur. tamen praefracte non affirmaverim<sup>3</sup>) Heraclidem primum eius sententiae fuisse auctorem. fortasse eadem fuit Tryphonis et Philoxeni sententia; et Tyrannio nescio an B 350 φῆμι circumflexo notari voluerit (frg. 39), quod coniugationem in μι Aeolicam esse putavit<sup>4</sup>). Herodianus autem illam sententiam refutare studuit, cuius doctrinam

<sup>1)</sup> antiquissimus huius opinionis auctor esset Dionysius Thrax, si eius grammaticae paragraphum duodecimiam genuinam esse constaret: sed cf. Steinhalt G. d. Spr. p. 658. 685.

<sup>2)</sup> quatenus Heraclides Philoxeni de verbis monosyllabis coniecturam probaverit nunc definiri nequit. quin cognita illi fuerit non dubitandum est: a βῳ derivavit βάζω, a φῳ φάζω (inde φάσις) φράζω φῆμι φάσκω πιφαίσκω (frg. 26) perinde ac Philoxenus. sed ut nemo grammaticorum sic ne Heraclides quidem Philoxeni doctrinam universam probaverit.

<sup>3)</sup> ut fecit Wackernagel de pathol. p. 19, qui Philoxenum Heraclide posteriore esse falso putat.

<sup>4)</sup> Tyrannionem secutus esse Telephus Pergamenus videtur, cum verbum φῆμι encliticum esse negaret (teste Charace ap. Bekk. A. G. 1152), de scriptura φῆμι aliter iudicant Lehrs Qu. ep. p. 126, Bekker Hom. Bl. I 87.

paucis refert Theodos. Bekk. A. G. 1045, 6 τινὲς ἐνύμισαν τὰ εἰς πάντα τῆς Αἰολίδος εἶναι διαλέκτου· πολλὴ γάρ ἔστι παρ' αὐτοῖς ἡ μὲν κατάληξις, γέλαιμι γάρ καὶ ἀσυνέτημι φασιν. ἀλλ' ἐλέγχοντο εἰς μὲν κατάληξις, γέλαιμι γάρ καὶ ἀσυνέτημι φασιν. ἀλλ' ἐλέγχοντο ἐκ πολλῶν, μάλιστα ἐξ αὐτῆς τῆς κλίσεως ἐκεῖνοι γάρ ὄμοιως τοῖς εἰς ω καὶ τὰ εἰς μὲν κλίνουσι γέλαιμι γέλαις γέλαι λέγοντες, ἥμεις δὲ οὐκ οὖτος ἀλλὰ τὸ τρίτον εἰς σι, fusius exponit Choerob. Dict. 842, 23 (Herod. II 825, 3).

Atque haec quidem Heraclidae sententia fuit de universa origine verborum in μ. sed in singulis formis quas statuit affectiones et anomalies, cum omnes ad Aeolismum revocari non posse intellexisset, aliam ex alia Graecae linguae dialecto repetivit. diphthongum ει in verbo εἰμι e Boeotiorum dialecto in communem linguam transisse docuit. pleonasmum litterae σ quem in formis ἔστι ἐσρένεται indagasse sibi visus est Doricum numerupavit. quod cur fecerit non magis scimus quam cur formas incohativas in στει Doricas dixerit. atque hoc loco ratio quaedam memoranda videtur qua in dialectis adhibendis Heraclides frequenter usus est: ad formarum quarundam similitudinem aliorum verborum formas finxit, quae nunquam exstabant, et eidem dialecto assignavit ac vel ex unius verbi similitudine novas formas expressit, ut de eius formatione canonem statueret neve illud sine analogia esset. quod apud Ibycum poetam formae quaedam in γρ. legebantur, quas indicativi singularis indicativi verborum περισπωμένων τῆς πρώτης συντάξεων non in ει exire sed in γρι ex Ibyci locis colligere posse sibi visus est, Reginos igitur dicere νόησι λέγησι φέρησι pro νοει λέγει φέρει. atque hunc Reginorum usum iam Homero cognitum fuisse contendit, cum E 6 παμφαίνησι scriberet (frg. 41). ex solo Ibyci poetae usu male intellecto Heraclidem hanc de Reginorum dialecto sententiam sibi finxisse luce clarius est<sup>1)</sup>. quae quam falsa sit vel inde apparent, quod nulla Dorica gens tertiam per-

<sup>1)</sup> valde mecum omnes miraturos esse arbitror, quod Heraclidem secutus est novissimus scriptor historiae litterarum Graecarum C. Sittl (I 313): „Ibykos gibt nämlich — ich denke, nach rheginischer Sitte — der 3. Pers. des Sing. der Verba auf τω im Praesens die Endung γρι statt ει.“

sonam singularis in  $\bar{\sigma}$  formavit sed omnes Dorienses formas in  $\bar{\tau}$  habebant (Ahrens Dial. II 301). ad normam verborum in  $\bar{\eta}\mu\iota$  quibus Aeoles usi sunt pro verbis contractis primae coniugationis (φῆγμι-φιλῶ) a verbo  $\bar{\omega}$ , quod prototypon verbi  $\varepsilon\mu\iota$  existimavit, Aeolicam formam  $\dot{\eta}\mu\iota$  derivavit ex eaque formam  $\varepsilon\mu\iota$  Boeotiorum dialecto ortam esse docuit (frg. 39). sed idem rursus, cum veram verbi  $\varepsilon\mu\iota$  formam Aeolicam  $\dot{\eta}\mu\iota$  esse haud ignoraret, hinc aliorum verborum formas similes finxit πόθεμα φίλεμα, quae omnino non exstabant, et canonem falsissimum statuit: Αἰολεῖς τὸ προηγύμενον  $\bar{\eta}$  τοῦ  $\bar{\mu}$  εἰς ἐ μετατιθέντες διπλοῦσι τὸ  $\bar{\mu}$  (frg. 48). optativum  $\varepsilon\bar{\eta}\nu$  ab Aeolico participio εἰς derivavit, quod Aeoles φίλεις (pro φιλῶ) et φιλείν (pro φιλοίν) dicerent: hac analogia usus Aeolicum verbi οὐδα participium εἰδεῖς finxit, unde optativus εἰδείνυ ortus esset (frg. 47).

Fragmenta quae in explicandis verbis in  $\mu\iota$  versantur pleraque pertinent ad singulas verbi  $\varepsilon\mu\iota$  formas, ut totam fere doctrinam de formatione et declinatione verbi substantivi componere possimus. prototypon esse putavit verbum perispomenon  $\bar{\omega}$ . primae personae singularis indicativi praesentis formam vulgarem  $\varepsilon\mu\iota$  contra analogiam formatam esse docuit, cum praeter  $\varepsilon\mu\iota$  (et  $\varepsilon\mu\iota$ ) nullum verbum in  $\bar{\mu}\iota$  a verbo contracto primae coniugationis derivatum diphthongum habeat in paenultima, quomodo anomaliam explicuerit iam vidimus: nempe forma Aeolica debebat esse  $\dot{\eta}\mu\iota$  (proprie  $\dot{\eta}\mu\iota$ ), hinc Boeotiorum dialecto factum est  $\varepsilon\mu\iota$ , si quidem Boeotii τίθεμι τάρβειμι sim. dicebant<sup>1)</sup>). secundae personae formam rectam dicit Heraclides Homericam εἰς ut ab  $\varepsilon\mu\iota$  rite deflexam, formam εἰ (qua de nihil tradit Eustathius) videtur ἡμαρτημένη iudicasse. tercia persona singularis debebat esse εἰσ, itaque huins formae pluralem usum vulgarem vitosum dicit Heraclides et quasi Boeotium, cum in ea dialecto formae singulares passim pro pluralibus usurpentur. tum

<sup>1)</sup> similiter Herodianus perfecti formam τέθειξ Boeotiorum dialecto ex τέθηκα ortam putasse videtur: cf. Choerob. Dict. 870, 6 (Herod. II 362, 15). Theod. Bekk. A. G. 1046. Eust. p. 1442, 51 ὁ δὲ τοιοῦτος λόγος τοῦ Ἡρωλείδου βοηθεῖ καὶ τοῖς παραδίδοντι Βοιώτιον εἶναι τὸ τέθειξ καὶ τέθειμα καὶ τέθεισθαι καὶ τίθειμένης καὶ τὸ κατ' αὐτά. sed τέθειμα ex τέθειξ pleonāsmo τοῦ ἐ ortum dicit et Boeotium esse negat Choerob. 883, 24.

formam ἔτει e Dorica dialecto repetiise videtur (frg. 39), formas plurales ἔσμέν ἔτει pleonasmo Dorico litterae σ ex ἔμέν ἔτει derivasse eum iam diximus. e coniunctivi forma (de qua Eustathius ex Heraclide nihil protulit) verbum illud prototypon ἦ Heraclides sumpsisse facile putandus est. atque ab hac primigenia forma verbi substantivi derivavit participium ὁν quod rectius scribendum esse ὁν censuit: alteram formam ἔών distractione ortam ex ὁν et proprie ἔων scribendam putavit, itaque propter accentum formam ἔών vitiosam dixit (frg. 45). a participio derivavit et tertiam singularis imperativi et optativum. at imperativi forma ἔτει a participio ἔών derivari non potest: nam secundum canonem ut ἐλθέτω ab ἐλθών sic ab ἔών deflectit forma ἔτει, hinc derivat Heraclides formam ἤτω ut Dorica contractione ortam eamque propter similitudinem formarum severioris Doridis φιλήτω νοήτω falso Doricam appellat. ἔτει praeter analogiam formatum dicit: nam si quis formam esse activam existimet, litteram σ adversus regulam esse adiectam; sive formam passivam putet, litteram τ non esse legitimam. de origine formae ἔτει Heraclides aliorum varias sententias exponit ac partim refellit. quomodo ipse formam explicnerit non satis perspicue tradit Eustathius (frg. 46). videtur eam aut per pleonasmum litterae σ (ut ἔσμέν ἔτει ex ἔμέν ἔτει) ex ἔτει quod ab Aeolico participio είς derivavit aut per syncopen ex ἔστάτω (aor.) ortam indicasse. tertia persona optativi a participio ἔών derivata secundum canonem debebat esse εῖη: ut Ελθοι ab ἐλθών aut ab ὁν (i. e. ὁν ex Heraclidae sententia) οἷη ut φιλοίη α φιλῶν. at in communi lingua erat εῖη. itaque cum Aeoles pro φιλῶν dicerent φίλεις et φιλείην pro φιλοίην, optativum εῖην Aeolice formatum esse contendit ex Aeolico participio verbi substantivi είς ἔτρος (frg. 47). — multa disputavit Heraclides de praeteriti verbi substantivi formis ἥν ζον ζα ημην. derivavit imperfectum a participio praesenti et aoristum secundum indicativi ab aoristo participio. itaque ut a λαβόν λαβόντος declinetur ξλαβόν, a φαγόν ξφαγόν, sic analogiae ratione a participio ἔών έδντος deflectere imperfectum ζον dialecto Ionica, qua augmentum saepe omittatur, et ζον in communi lingua. ab ζον declinavit formas Homericas ζεις ζεται et ex ζον defectu litterae ν ortum putavit vulgare imperfectum ζην itemque ex ζεται tertiam personam ζην. formam ζα falsa analogia

usus vitiosam esse docuit atque Asianis et Graecis in Cilicia habitantibus assignavit, qui quidem formis Ἑλαβα ἔφαγα sim. uterentur pro Ἑλαβον ἔφαγον (frg. 50). sed in his non acquievit: alia ratione usus eandem imperfecti ἦν formam ad Aeolicam dialectum revocavit. ut a φιλῶ οἰκῶ in communi lingua declinetur imperfectum ἐφίλουν φίουν, sic ab ὁ declinari imperfectum οὖν εἰς εῖ: et cum Aeoles pro ἐφίλουν ἐφίλεις ἐφίλει dicerent ἐφίλην ἐφίλης ἐφίλη, eadem ratione ex οὖν εἰς εῖ in dialecto Aeolica fieri ἦν ἦς ἤ(ν); ac similiter iu medio ut formae ἐκαλούμην ἐνοσύμην in Aeolica dialecto fiant ἐκαλήμην ἐνοτήμην, sic ab ὁ derivatum οὔμην Aeolice fieri ἥμην (frg. 49). de forma ἥμην etiam alteram statuit opinionem qua e medio quodam ἡμάι verbi εἱμί sit illa derivata (frg. 53). sed iam nimis diu in his grammatici erroribus moratus esse mihi videor; quale ingenium fuerit Heraclidae exempla satis declarant.

Sed quamvis multos ac mirabiles errores ipse committeret, tamen aliorum errores non paucos corredit falsasque opiniones recto iudicio refutavit. nec omnino desunt egregia doctae artis grammaticae documenta in Heraclidae reliquiis. bonam eruditionem produnt quae de Atticis plusquamperfecti formis in ἦ tradidit (frg. 36), de optativi apud Atticos scriptores formis contractis in -εῖμεν -εῖτε εἶτε (frg. 47), de augmento εī verborum quae ab εī aspirato incipiunt (frg. 54), de vocum νῆσις πῆρις λάθις apud Homerum usu (frg. 58) et cet. acriter impugnavit eos scriptores qui formas in εανται (pro εαται) adhiberent et grammaticos qui formarum in εαται usum singularem (pro plurali) Homero obtrudere vellent (frg. 38). satis memorabile hoc in genere frg. 46, ubi miras quasdam de imperativi tertia singulari opiniones refellit: in ἔστω non nulli syncopen ita statuerant, ut si aoristum tempus significet, ex ἔστω, si futurum, ex ἔστω factum accipiat. hoc posterius fieri non posse iure Heraclides docuit, quod imperativi futuri non extarent: „ποιησέτω γὰρ οὐ νυξέτω οὐδεὶς λέγει“. versu Homerico φ 195 ποῖοι χ' εἰτ' Ὁδυσσῆι ἀμυνέμεν indocti quidam εἰτέ formam indicativi statuerant secundum analogiam primae pluralis εἰμέν ab Homero adhibet: quam opinionem fere incredibilem Heraclides iure illusit, quod nescirent illi vocem οὐ non cum indicativo praesenti coniungi sed tantum cum subiunctivo et optativo (frg. 47).

Ad Homeri carmina Heraclidem in studiis suis grammaticis ubique respxisse reliquiae luculenter declarant. in quo morem communem grammaticorum veterum secutus est qui nihil fere de rebus grammaticis scribebant Homeri ratione non habita. de studiis Homericis Heraclidae quoniam fusius exposuit Guilelmus Frye, ego pauca hoc loco adnotasse satis habeo. quam studiose Heraclides analogiam probaverit, quantam diligentiam et operam impenderit, ut vocabula et verborum formas ad aequalitatis normas revocaret, ex eis quae de arte eius disputavimus satis apparuit. sed tamen si studia Homerica sola spectamus, Aristarcheum fuisse Heraclidem contendere vix possumus. Aristarchum quidem et Aristarcheos non nunquam laudat eorumque sententias commemorat, sed ita semper ut ipsum scholae Aristarcheorum socium et amicum fuisse facile negaveris. quae sententia eo confirmatur, quod raro de scriptura vel explicatione vocum Homericarum quae in controversia erant Heraclidae cum Aristarcho vel Aristarcheis convenit. ut Aristarchi auctoritate suam sententiam confirmaret, quam de verbo ξρρω ex φθείρω derivato statuit, illius interpretationem enuntiati Homericī „ξρρ ἐκ νήσου“ (x 72) laudavit μετὰ φθορᾶς ἀπιθι (frg. 19). cum Aristarcho apud Homerum (O 10. Ω 84. o 106) εἴσατο legit, non εἴσατο quod Herodianus probavit, atque hac analogia usus εἴσαται B 137 (frg. 38). Aristarchum secutus Zenodotum vituperavit, quod tertiae personae singularis formas in εἰσαται apud Homerum scripsit (ibid.). plerumque Heraclides Aristarchi scripturas et interpretationes aut neglexit aut reiecit. Aristarchi de voce ἀνόπαια (α 321) sententiam improbavit ac refutare studuit (frg. 10). verbum ξθων (I 540) eadem fere ratione interpretatus est qua veteres glossographi ab Aristarcho refutati (frg. 25). acquieavit in vulgata scriptura κατατεθνειώτων (x 530 al.), cum Aristarchus ubique τεθνηώς τεθνηώτος τεθνηώτα τεθνηώτων scripsisset (frg. 35). conjectura sua ductus quam de Reginorum usu indicativi formae in ησ fecerat E 6 legendum censuit παμφαίηστ, Aristarchus scripserset παμφαίησησ (frg. 41). acriter impugnavit Aristarchum, quod Γ 280 scripsisset ὄμεῖς μάρτυροι ἔστε pro ὄμεῖς μάρτυροι ἔστε, quam Heraclidae scripturam Herodianus quoque defendit (frg. 43). pro εἰπέ (δ 379. 468) legisse videtur ξεπε Zenodotum secutus quem refutaverat Aristarchus (frg. 45). singulares vel Heraclidae vel aliorum lec-

tiones quae aliunde non innotuerunt in fragmentis commemorantur haece: Μήνος (B 866) Heraclides sine iota scribi voluit, quod eam nominis formam e Boeotiorum dialecto repetit (frg. 11). vocem χηρωσταί (E 158) Heraclides circumflexo notatam (χηρῶσται) scripsit, quamquam ipse canone nominum in τῆς acutum postulari docuit: atque Herodianus solam scripturam χηρωσταί commemorat (frg. 12).<sup>1)</sup> Θ 448 Heraclides in editione quadam se legisse narravit οὐ μέντον κάμετόν γε pro οὐ μέν θην κάμετόν γε (frg. 16). declarat hoc testimonium quantis corruptelis Homeri carminum libri vulgares vel post recensionem ab Aristarcho confectam fuerint maculati. p 196 pro ἀρισταλές ἔμμεναι οὐδέν quosdam scripsisse tradidit ἀρισταλές ἔμμεναι οὖδας (frg. 24). Ω 253 ubi vulgo legitur κατηφόνες Heraclides, si recte verba ab Eustathio servata interpretatus sum, καταφόνες legit (frg. 27). P 748 vetus ni fallor et egregia scriptura traditur ab Heraclide διαπρύσον τετυχηώς (vulgo τετυχηώς) quae profecto habet quo commendetur (frg. 35). quod Eust. p. 872, 18 καθ' Ἡρακλείδην narrat Λ 639 in quibusdam Aristarchae recensionis exemplaribus (sic loquitur Eustathius) pro κνῇ τυρόν scriptum fuisse κνέε τυρόν, hoc dubito an non ex Heraclide hauserit sed de suo ingenio addiderit (frg. 61).

---

<sup>1)</sup> fortasse Tyrannio χηρῶσται scripserat: qui certe ἐεδνωται (N 382) circumflexo notavit (ἐεδνῶται), cum Herodianus ob eundem canonem oxytonon vocabulum esse doceret; idem ὠρῆσται (Λ 454. X 67) scripsit (Herodianus ὠρῆσται). itaque Tyrannionem secutus esse Heraclides videtur. falso La Roche E 158 adnotavit: „δατέονται Heraclides“, debebat „χηρῶσται Heraclides“.

## Sententiae controversae.

- I. Eur. frg. 362,6 (ap. Lyc. c. Leocr. 100) sic restituendum videtur:

πρῶτα μὲν πόλιν

οὐκ ἔστιν ἄλλην τῆσδε βελτίω λαβεῖν.

- II. Lys. XII 78 Cobeti emendationem ἥδη γάρ αὐτὴν κατέλυε  
unam probandam esse censeo.
- III. Lys. XIII 40 scribendum est: πυθορένη δ' ἔκεινη ἀφικνεῖται,  
μέλαν γε (libri τε) ἵματον ἡμφιεσμένη, ὡς εἰκὸς ἦν κτλ., ut  
lacunam post ἡμφιεσμένη statuere opus non sit.
- IV. Lys. XIII 41 τὰ τα οἰκεῖα τὰ αὐτοῦ διέθετο verba τὰ αὐτοῦ  
delenda sunt.
- V. Lyc. c. Leocr. 29 legendum censeo: δ γάρ τῶν πάντα (libri  
πάντων) συνεδότων ἔλεγχον φυγῶν ὠμολύγηκεν ἀληθῆ εἶναι  
τὰ εἰσηγγελμένα.
- VI. Lyc. c. Leocr. 84 conicio: καὶ πρῶτον μὲν εἰς Δελφοὺς  
ἀποστέλλαντες τὸν θεὸν ἐπηρώτων, εἰ ἐπιόντες λήψονται (libri  
ἐπιλήφονται) τὰς Ἀθήνας.
- VII. Lyc. c. Leocr. 95 voce καὶ addita sic legendum est: εἰ γάρ  
καὶ μυθωδέστερόν ἔστιν, ἀλλ' ἀρμόσσει καὶ ὑπὸν (καὶ) ἀπασι  
τοῖς νεωτέροις ἀκοῦσαι.
- VIII. [Plut.] v. X orat. v. Lys. p. 835 E verba καὶ τῶν λ' παρα-  
λαβόντων τὴν πόλιν ἔξεπεσεν ζ ἔτη μείνας corrupta sunt: vox  
ἔτη delenda et pro μείνας scribendum est μῆνας.
- IX. Val. Max. IV 1,8 sic scripsit: „nec quisquam dubitavit  
quoniam in eo describendo irati hostis (libri: noctis) adversus  
Asiaticum verbis usurus esset“.
- X. Coelium Antipatrum praeter bellum Panicum historias  
scripsisse frustra demonstrare studuit Sieglin.